

Collectaneum
rerum gestarum et eventuum
Cartusiæ Bruxellensis
cum alijs externis tum Patriæ tum Ordinis

Volumen terium

Anno domini 1630, 1a 7bris

Ponantur ante oculos nostros gesta præterita
proptercarienda futura. Augustinus

Naù teste Philosopho gesta præteriorum temporum sunt indicia præsentium et
futurorum (*dans la marge* : Idem)

Annales patrum discute, inde poteris bona exempla extrahere, quia acta præterita
dant certum
documentum de futuris. Aristoteles ad Alexandrum.

Tota die verecundia mea contra me est. Psal. 43

Anagramma
Petrus de Wal
sæpe vult dura

Sæpe pati vult dura petrus de Wal (sibi durus)
Pro Jesu Christi nomine, amore fide ;
Ergo percipiet sine fine (in fine) coronam
De larga Domini cunctipotente manu

Aliud Epigramma

Res dura est vallum, petra et durissima res est
Sicque sibi est durus Wallius ipse Petrus.

Amico et Confratri paugebat venerabilis et doctus Pater Senior Cartusiæ Lovaniensis domnus Joanne de Steelant, quodam in seculo nobilis, et pro Principe Leodiensi ad Cæsarem Rudolphum 2 legatus

Responsio ad prædictum Ptrem

Æternam blanda me quærere voce salutem
Hortaris, Pater : ac mollia sæpe volo

*Aliud Annagramma nominis Collectoris huius libri
Et raucus *Tu laus de rupe sonora
Discordant rebus nomina sæpe suis

Deus meus misericordia mea. Psal. 58

1591

Prologus

Frater Petrus de Wal cartusianorum Bruxellensium minimus charæ
poteritati per silentij et solitudinis quietem, et alia pia ordinis exercitia
ad supernæ contemplationis pertingere gloriam

Volumina duo, Deo auxiliante, de rebus gestis et eventibus Cartusiæ Bruxellensis absolvimus;
nunc restat terium de restauratione eiusdem intra muros opidi. Necdum enim Deus complevit
in nobis vaticinium regis prophetæ dicentis.

⇒ Psal. 27

Quoniam non intellexerunt opera Domini et in opera manuum eius destrues illoset non
ædificabis eos: Sed poenituit eum super malo quod fecit nobis, et post septennium exilij (quod
spatium etiam puniendis criminibus a Iudicibus temporalibus præscribi solet) reduxit patres ad
Propria; nec multo post non minus benigna quam mirabili eius providentia domus hæc a
fundamentis surrexit et ad præfectum deducta est præ cæteris domibus provinciæ quæ his
turbulentis temporibus exisæ fuerunt. (*dans la marge*: Luc. 19) Ne autem congregati
nostros improperetur quod non cognoverit tempus visitationis suæ, aut per alterum Jeremiam
prophetam dicat nobis dominus: Ite ad locum meum in Silo (in Schuet) (*dans la marge*: Jer. 7)
Ubi habitavit nomen meum, et Virginis Matris meæ, et videte quæ fecerim ei propter malitiam
populi mei, intelligamus opera Domini, hanc domum ædificationem Domini esse, agnoscamus
beneficium, bene utamur cellæ solitudine ac quiete applicemus animum ad consideranda et
cognoscenda insuper et præcipue mirabilia opera manuum it eius, quæ Deus ipse fecit per se
(non per secundas causas) in creatione, in dredemptione, in gubernatione geeris humani, his
instructi meditationibus si pure et strenue divinis insistamus laudibus in oratorio nobis quoque
præ parato, profecto sentiemus suavitatem psalmodiarum, et in meditatione nostra exardescet
ignis divini amoris. Operaæ pretium igitur erit scire et recordari, quorum labore et industria,
quorumne liberalitate et munifiscentia hæc in generatione altera ait divinus psaltes, et populus
qui creabitur laudabit Dominum, inio et excitabitur ad devotius orandum pro benefactoribus
suis, dabo igitur operam ut ipsorum memoriam amanter et pie colam vindicemque ab
oblivione hominum eorum nomina, qui optime de hac domo atque adeo de unverso ordine et
repb. meriti sunt, et divinum cultum suis laboribus amplificarunt. Quod si e vivis quis iam
excessit aliquid fortasse de illius virtutibus dicam, de viventibus adhuc tacebo: (*dans la marge*: Eccl. II 2 et 30) Ne laudaveris, inquit sapiens, hominem in vita sua. Atque hos inter
limites strictius me arctabo quam in superioribus voluminibus quod maior scribendi materia
dsit, et minor notitia aliarum domorum, quæ nisi per scripta cognoscere queo

p. 4 (f° 2^V)

Pro meo instituto frequentius ordinationes tum capituli generalis, tum visitationum inseram, ut sciat posteritas ex quo fonte profluxerint consuetudines huius domus, et quæ in eis mutatio facta fuerit. Nec pudet me ad minuta quæque dimittere, de quibus patres ipsi leges ferunt, cum nihil in religione paruum sit. Totum decet quidquid defertur religioni. Ut nullum obsequium quod proficiat ad cultum et observatiam Christi erubescamus inquit D. Ambrosius. (↔ 2 de pœnit. c. 6) Scio preterea me non ea congruitate linguæ latinæ præditum ut hæc scribarem, imo vernaculæ hic communis peritia et notitia destitutum, unde fatæor magnis me adiumentis carere debuisse. Verum enim vero nemini munus scribendi præripio, ex arenam et calcem Amice lector, toti historiæ incumba ac perfice mago (sic vovemus) rei domesticæ bono. nam

Historia vetus et nova omni ætati, conditionique utilissima. Est enim Palæstra prudentiæ, stimulus sapientiæ, calcar virtutum, interpres dubiorum memoria præderitorum, speculum futurorum, præsentiaum fax et moderatrix breviarium experientiæ, scientiarum thesaurus, directrix disciplinæ, breviter compendium artis vivendi.

⇒ Domnus Petrus de Leon adhærere cæpit domui Bruxellensis

Anno 1591, tertia may V. P. dominus Petrus de Leon Hispanus Salmanticus professus domus Regiæ de Miraflores cæpit in hospitio antiquo huius domus Bruxellensis habitare, et venerando patri domno Christiano priori adherere, negotiaque huius domus Bruxellensis, ac aliarum domorum ordinis in curia occurrentia, tanquam procurator generalis, diligenter procurare.

D. Arnoldus b. m. Prior Anglorum ad Capitulum proficiscens et inde in Hispaniam, in suo discessu de consensu Ven^{di} Patris Visitatoris, Procurationem Conventus sui illi commisserat, et sic usque ad hunc annum 1591 dictis Patribus adhaeserat, negotia que illorum quasi nullis eorum expensis fructuose sollicitavit.

⇒ Eius pensio regia aucta hoc anno et quanta fuerit.

Nam pensio fuit ille concessa in primis a serenissimo duce Parmensi, bonæ memoriæ, ad instantiam ipsius cognati, qui huc venerat ex Hispania missus a rege catholico, ut commodius, secundum qualitatem ipsius personæ, absque magnis expensis ordinis posset ordini inservire atque etiam suæ majestati in ministerijs ecclesiasticis, quatenus opus esset et liceret, absque detimento professionis suæ, quæ in principio fuerat quinquaginta florenorum singulis mensibus, et iam tunc hoc anno 1591 erat aucta ad sexaginta duos florenos cum dimidio.

Domum antiqui hospitij non solum reparavit, sed etiam omnia, quæ ad ornatum domus et familiæ sustentationem requirebantur, suis expensis comparavit.

⇒ Expensas ipsius ordinaria.

Circa medium aprilis huius anni 1591 cæpit prandere solus in hospitio antiquo, et quamvis ex hac domo ministrarent ipsi pitantiam ordinariam uns monachi, non tamen sufficiebat, quia ibidem cogebatur sustentare familiam duorum famulorum, et frequenter hospites recipere quapropter uno die cum altero experidebat in ordinarijs sumptibus viginti stuferos et summa ascendebat singulis mensibus ad triginta florenos et singulis annis ad trecentos ??? sexaginta; unde in tribus annis, quibus hospitatus fuit in prædicta domo, computat mille et octoginta florenos plus minus.

Circa finem eiusdem mensis aprilis, quia infirmabtur et necesse erat bis et ter in die ascendere ad superiores partes curis tam pro negotijs patrum Anglorum, quam pro alijs ideo coactus fuit emere malum ad equitandum, qui etiam satis humiliæ et ad dificationem stragula coreata ornatus erat.

Ante mensem junij dominus Petrus de Leon dedit patri Christiano plusquam septuaginta florenos

f° 4

1591

Committimus et mandamus ac summopere commendamus Visitatoribus ut quascumque personas Ordinis suæ provinciæ ab Ordine profugas ubicumque dispersas et quantumvis honeste titulo vel necessitatis vel periculi vel timori iusti, quærere et revocare et (si litteris nihil profecerent) cogere et colligere sive per se sive per alias personas idoneas omnino studeant: quibuscum agant quoad forum pænitentiæ pro n^{ra} suaque polistate: pœnas vero externas, easque ordinis quas meruerint ad sequens usque Capitulum generale suspendant et interim eas ita paterne ut graviter admonitas in suæ Provinciæ domibus ad salutem commodioribus collocent: quæ vero per trinam monitionem redire contempserint, excommunicationi nominatim subiificant omniue ordinis suffragis privatas declarant.

1591

Priori domus Leodii non fit misericordia. Et confirmamus commissionem factam per R. P. Priorem Cartusiæ Priori Valencinarum de visitanda dicta domo Leodii, cessantibus tamen periculis, cui committimus dignam sumere pœnam de scriptoribus, si minus iustum causam habuerint et talem, ut talia a cetero attentare pertimescant : si vero iustum, similiter volumus authores et fontes tot amaritudinum, aversionum, rixarum et quasi scandalorum commeritis pœnis etiam absolutionis a quibuscumque officiis affici sine ulla acceptatione personarum prout de illius integritate ordini satis manifesta confidimus cui nova scripta et dubia mittimus suo maturo iudicio examinanda et dissolvenda authoritate capituli, quam illi impartimur.

Ecce quomodo laus domus Leodiensis versa est in vituperium. Et quidem per istam visitationem D. Philibertus Cooman Prior absolutus fuit seq. anno in vigilia Paschæ, qui poterat conqueri : fikios cuntrivi et ipsi spreverunt me ...

1591

[Post absolutionem D. Philibertus Cooman] D. Everardus Valentius, professus dictæ domus, quondam receptor Abbatiae S. Huberti, qui uxore defuncta a dicto Philiberto ad ordinem receptus fuerat, electus fuit Prior, sed nec ipse ultra quinquennium in eo officio permansit.

fº 9

a.1592: Priori domus Bruxellæ non fit misericordia. Cuius translationi in prædictam urbem et iactis Ecclesiæ primus fundamentis precamur a Deo largem benedictionem ut eius promotoribus.

1592

D. Everardi Valentii electionem in Priorem domus Leodii confirmamus in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Cui pacem et observantiam regularem tamdiu ab illa exules quam diligentissime revocare et revocatam conservare, novosque milites Deo acquirere ut sataget, plurimum commendamus.

Ista promittebat bono sed non præstisset brevis post paucos annos absolutio satis indicat.

f° 9v

1592

Cum sciamus in parvis domibus observantiam vix posse servari ut cætera taceamus
committimus visitatoribus Provinciarum maxime Franciæ et Italiæ...

f° 11

Venerabilis admodum ac pietissimus Pater D. Andreas Loodt, professus domus Lovaniensis a.1560, quondam prior domus Capellæ et ultimus domus Monachorum, naturæ debitum persolvit 3 septembbris in domo Coloniensi, qui inculpate vixit et prudenter domui predictæ Arnhemensi periculosisssimis hisce belli temporibus annis aliquot præfuit ; omnia tam in libris quam sigillatis litteris pretiosissimis que casulis et calicibus aliisque tempestive Coloniam adverbi, ibidemque probe conversari fecit. De cuius laudibus adhuc supra scripsi.

f° 11^v

a.1593: Venerabilis Pater Joannes Barba Prior Gandenses dedit nobis petram pro altari B.
Mariæ Virginis, quæ huc navigio advecta est...

f° 12

1593

Hoc anno 1593, 28 Aprilis, Joannes a Duvence Brugensis primus emisit professionem in Cartusia, in civitatem Gandensem translata, et pia legata eidem reliquit sc. trecentos fl. annue, et ornamenta pro Ecclesia.

1593

In domo Leodiensi res turbulenteæ videntur, quia vicarius D. Richardus del Vaulx mittitur ad domum Ruræmundensem. Quamvis dicatur petiisse, verum petitionis valde penitusse, qui super annum obiit et invenitur in carta sequentis anni. Et duo e carcere educuntur et alium emittendi datur facultas Priori.

1593

In domo Leodiensi res turbulenteæ videntur, quia vicarius D. Richardus del Vaulx mittitur ad domum Ruræmundensem. Quamvis dicatur petiisse, verum petitionis valde penitusse, qui super annum obiit et invenitur in carta sequentis anni. Et duo e carcere educuntur et alium emittendi datur facultas Priori.

f° 12^v

a.1593: 23 Augusti obiit generosus vir Dns Christophorus Perez strenuus Capitaneus Catholicæ maiestatis sepultus quoque in prædicta nova Capella D^{næ} n^{re} de Gratia in habitu Ordinis n^{ri} cuius fuit fautor et amicus utpote cognatus Dⁿⁱ Petri de Leon. Habuit anniversarium scribendum in Calendis domorum.

f° 12^v

Urbe S. Gertrudis capta D. Henricus Verloo professus et Procurator Cartusiæ ibidem profligatus ab hereticis hanc domum accessit et post paucas septimanas tertio Augusti fato concessit. Sepultus primus in novo sacello B. Virginis sub oxali, super cuius sepulchro postea interior murus ædificatus est.

f° 14^v

Sequenti die (2 October) cucullam monachi indui, utinam et mores novos induisse accepi Magistrum D. L'Apostole Vicarium. Constitutus mihi erat terminus festus dies S. Hieronymi verum quia mater cum fratribus et sororibus advenerat petieram a P. Priore propagationem aliquot dierum ut cum ipsis possem ire Gandavum et me recreare quia spatio termini domo non exivi, quam quidem consultis senioribus concessit et verum invitus nam qui forte minus mihi afficiebantur inde moverunt quæstionem comparui tamen in festo S. Hieronymi. Et potuisse vestiri si xivissem moleste hoc aliquos laturos. Quidquid est nec sæculares mutationem dicis laudarunt, nam dies Francisci erat postea constitutus et volebant actioni interesse, sed nescio quo fato secundum diem Octobris accepi in quo celebratur translatio S. Clare cum in die natali eius natus fuerum.

f° 22

1593

Hoc eodem anno Hieronymus Platea Mediolamensis Soc. Jesu Theologus vitæ monasticæ et
religiosæ pulco egregius Romæ vivere desiit.

f° 23

Ordinatio Capituli generalis :

Priori domus Lyræ non fit misericordia cui curam domus Hollandiæ a fundamentis eversæ committimus, de cuius bonis reddit rationem Visitatoribus Provinciæ aut alteri eorum, ut de illis possit provideri professis eiusdem domus quos in dicta domo Lyræ manere volumus et observatiam pro posse.

1594

Obiit 27 januarii D. Cornelius vanden Kerkhove, professus et olim Prior domus S. Sophiae et quondam Prior domus Liræ et Procurator bonorum Cartusiæ in Brabantia, qui ultra 56 annos laudabiliter vixit in ordine. Destructa domo Buscoducensi habitavit cum suis in arce Boxtellensi circiter novem annis : obsessa arce effosso muro a parte culinæ commiserunt se fugæ cingulo tenuo per aquas transeuntes atque ita transmisso vallo, relictis omnibus, contulerunt sese ad Pastorem de Hees apud quem per annum plus minus hospitati sunt, extra domum quoque mortuus est. Hic bonus Pater sepultus in Ghestel. Habuit plenum monachatum in 7 provinciis Alemaniæ et missam de Beata Maria per totum ordinem.

1594

D. Joannes Tilman professus domus Lovaniæ circa a.1552, ibidem quondam vicarius necnon vicarius quondam Monialium Gosnay atque domus Tornacensis. Item rector Monachorum Gosnay et Procurator domus Valencinarum. Fuerat bursarius in collegio Atrebatensi Lovani. transtulit ex Flandrico in latinum quædam exercitia spiritualia nescio cuius auctoris.

f° 23v

1594

... nullum novitius recipiatur in domibus in quibus nec divinum officium... persolvitur, nec
cellæ et silentii... custodia exacte servari potest.

1594

Priori domus Leodii non fit misericordia et visitetur dicta domus quamprimum fieri poterit per
priores domus Vallis S. Petri et Montis Dei tq. viciniores et a periculis tutiores, cum plena
potestate capituli generalis, absolvendi quoscumque officiales et de aliis providendi.

D. Everardus, qui privatus cum tali visitationes potestate petiens iam Prior accipit.

Qua mensura mensi fueritis eadem remetietur vobis.

f° 33

R^{dus} Pater Bernardus Carassus, præter hunc P. Hieronymum etiam ex hac Provincia accersivit D. Wenceslaum Plenevaulx ultimum professum d^s Delphensis, quem Priorem postea dedit domui Sellionis et boni loci; item D. Franciscum Cavener professum d^s nostræ Bruxellensis, sed hic remansit in Provincia. D. Roaldum Nicolai professum d^s Leodiensis lago in domo Cartusiæ defunctum c. annum 1592...

f° 35v

Ordinatio Capituli generalis :

Priori domus Lyræ non fit misericordia et volumus ut iuxta ordinationem Capituli præteriti anni admnistratio bonorum domus Hollandiæ, professi ad dictam domum per Visitatores misi tractentur et habeantur ut eiusdem domus professi et hoc per modum provisionis donec pax reddita fuerit patriæ et quia domus Hollandiæ non indiget alio Priore D. Nicolaus ultimus Prior dictæ domus resideat in domo Capellæ suæ professionis quam ab officio Prioris absolvimus.

1595

Everardus Valentius, prior abs.

1595

Et præficimus in priorem domus S. Sophiæ D. Michaelem (Jensema) professum et procuratorem domus Lovanii.

1595

Priori domus Leodii fit misericordia et præficimus in Priorem prædictæ domus D. Arnoldum Havensium, propterea a prioratu domus S. Sophiæ absolutum.

f° 39

Hos autem suos duces Verdugo et Mondragonum, quibus vicariam navanerat operam pater meus Mathæus de Wal mense Augusto subsecutus est tunc temporis Gubernator Arluniensis et Chananciensis consiliarius status Luxemburgensis.

Memoria ergo et honoris erga Parentum alias de Patria bene meritum appono Epithaphium.

Cy gist tresnoble et treshonnoré Messire Mathieu de Wal S^r de Viller le rond, Landregeiecourt Wybrouck, G... Conseillere du Roy, Gouverneur d'Arlon Capitaine et Prevost de Luxembourg et de Canancy, Chef et Capitaine du Chasteau de Gand, qui de son ieune age se trouva a cette grande bataille de la Lepante et d'aultres aijent eu plusieurs belles charges au service de sa Majesté, auquel ilacheva ses iours obiit le 22 Aout 1596. Priez pour son âme dictum ipsius: DUR A PASSER.

f° 40

a.1596

D. Petrus de Leon promotus ad officium Prioratus, nova hac dignitate quasi calcati incitatus
hoc anno multum promovit Ecclesiæ ædificationem ex eleemosynis Hispanorum quibus
stipendia solvebantur ex allato thesauro ex Hispanis per Albertum, qui et optimis insuper
spoliis ditabantur ex devictis civitatibus supra memoratis, insuper ineditam sibi domum P. de
Leon non modica suppellectile instruxit.

1596

Per hanc chartam domus nostra novum adapte est Priorem D. Petrum de Leon hic morantem
et Procuratorem negotiorum ordinis in aula regia. Dns autem Christianus Noutz a Prioratu hs
domus quam 31 annis rexerat, ac ab officio Visitatoris huius Provinciæ, cui etiam præfuerat
20 et amplius annis absolvitur et instituitur Prior d^s Liræ suæ professionis. Prior autem
Antonius a Fine remansit Procurator ibidem.

f° 40v

1596

... per parvas domus intelligendas in quibus paucioribus quam octo monachi actu resident, qui
divinum officium conventionaliter non persolvunt.

f° 42^v

a.1596: Venerabilis P. D. Christianus Noutz nuper a Prioratu huius domus absolutus statum domus in scriptis rededit atque reddidit successore suo V. P. D. Petrus de Leon in præsenria V. P. Visitatoris et conventionalium omnium dictæ domus die secunda Augusti 1596.

f°44

a.1597:

Priori domus Bruxellæ fit misericordia tum ad maximam suam instantiam... Præficimus autem in priorem dictæ domus Bruxellæ D. Herculoam.

f°44

a.1597:

Priori domus Gandavi (d. J. Barba) propter senium et articularem morbum quo frequentissime laborat, fit misericordia, et præficimus in Priorem dictæ domus D. Ægidium (van Haut) propterea a Prioratu d^s Sylvæ S. Martini absolutum et Prior absolutus eligat sibi domum ad formam statuti.

f° 44

Priori domus Sylvæ S. Martini (D. Ægidio van Haut) alibi necessario fit misericordia, et D. Nicolaus professus d^s Gandavi ibidem hospes eat ad domum suæ professionis. Duo autem monachi et duo donati qui ibi supersunt eant ad domum Lovanii, cuius domus. Priori administrationem bonorum dictæ domus committimus, sic ut et omnium domorum destructarum et habitatore carentium.

f° 44

Priori d^s Sophiæ non fit misericordia, qui curet emere vicinas ædes, ut sui monachi melius solitudinem servent et excludatur ab eis prospectus hominum secularium maxime mulierum.

1597

Rectorem d^s Leodii super annum a Visitatore institutum præficimus in priorem (erat is D. Philippus van Belle)

(verum eodem anno in festo Beatæ Catharinæ ob certas causas revocatur a visitatoribus et constituitur in domo Sylvæ S. Martini et sequenti Capitulo absolvitur a Prioratu Leodiensi).

1597

Et D. Guilielmus absolutus Prior Lovanii ibidem maneat hospes donec aliter fuerit a capitulo vel R.P. ordinatum.

1597

et D. Joannes ... ibidem procurator eat ad domum monialium Brugis ibique exerceat officium Procuratoris`

1597

... et D. Joannem Nanningius ibidem vicarius revertatur ad domum Leodiensem suæ professionis et ibi exerceat officium vicarii.

1597

Et D. Theodoricus (Stumpwickius) ibidem [Brugge I] procurator revertatur ad domum Diestensem suæ professionis ibidemque exerceat officium Vicarii : habitaverat 12 annis in prædicta Cartusia sed contemptus nec ad officium Procuratoris usquam adhibitus cum tamen esset maxime æconomus et idoneus prout restaurando propriam domum postea patuit. Utebantur autem moniales opera cuiusdam viri sæcularis quod senticus ille continuit se et convertit ad transferendum statuta in flandricam linguam et Hymnaria scribenda (quorum duos libros circa annum 1592 conscriptos ipsius domo in choro habemus) et alia quibus nunc utuntur moniales. Ipsius imo et prædicti Herculis exemplo etiam qui maxime idonei sunt ad maiora addiscunt in silentio præstolare salutari Dei.

1597

... et D. Everardus (nuper ibidem Priori) eat ad domum Ruremundæ ad ordinis voluntatem.

1597

Priori domus Brugis [D. Herculi] alibi magis necessario fit misericordia et in priorem domus D. Philibertum Cooman professum d^s Bruxellæ præficitur.

1597

Præficiimus autem in Priorem dictæ domus Bruxellæ D. Herculem, propterea a Prioratu domus monachorum Brugis absolutum (quem ideo D. Petrus de Leon, de quo erant etiam aliquæ quærrelæ R^{do} Patri et capitulo commendaverat quia erat domus huius professus et natione Bruxellensis, quemque ob morum gravitatem, doctrinam et probitatem præ ceteris dicto officio dignum indicabat, dignus quidem sed non ipsi, nec domni idoneus postea repertus est. Unde Lovanium post biennium translatus ibidem plus profuit, nec scivit D. Petrus de Leon quid peteret nam sibi nimis gravem et acerbum ac perpetuo adversantem Pædagogum proposcit...

P. Hercules etiam convisitatoris officio auctus.

1597

Priori domus Brugis (D. Herculii) alibi magis necessario fit misericordia, et præficiimus in Priorem dictæ domus D. Philibertus Cooman, professum domus Bruxellæ.

1597

Intelligit lector D. Arnoldum Havens Priorem domus Lovaniensis et vistatorem Provinciæ voluisse per hoc decretum Capituli domum Sylvæ S. Martini incorporare domui Lovaniensi verum D. Martinus N. professus Sylvæ S. Martini scripsit ad abbatem Geraldimontensem (Prælatum a Statibus Flandriæ) asserens hanc unionem cum domo Lovaniensi quæ est in Brabantia fieri contra privilegio comitatus Flandriæ. Certe in hoc casu non ttm hoc ei licuisse sed optime fecisse crediderim cum etiam sequenti anno hoc decretum revocatum fuerit et nunc temporis domus reflorescat et habeat competentem numerum personarum ad divinum officium persolvendum.

1597

Priori domus Bruxellæ (D. Petro de Leon) fit misericordia tum ad maximam suam instantiam, tum etiam quia in officio Procuratoris Generalis cui illum restituimus, erit utilior ad promovendam Ecclesiæ et monasterii fabricam quam sicut bene cœpit sic hortamur ut studiose perficiat. Facturus rem Deo gratam et ordini utilem. Præficiimus... D. Herculem

1597

Priori domus Diestensi (D. Joanni Saro) qui ab anno 1572 domui præerat) non fit misericordia. Quem hortamur ut det operam habere plures monachos et donec licebit ad monasterium redire curet ampliorem et commodiorem locum ad inhabitandum invenire, in quo divinum officium decentius peragatur, singulisque monachis suum cubiculum distincte attribuatur et cetera secundum formam ordinis melius accommodetur.

(circa a.1582 exustum fuit monasterium ab Hollandis hæreticis quamvis in territorio Leodiensi situm, quare Cartusiam 20 annos habitaverunt in urbe Diestensi.)

f° 44^v

1597:

Priori domus Bruxellæ fit misericordia tum ad maximam suam instantiam tam etiam quia in officio Procuratoris generalis restituimus, erit utilior ad promovendam Ecclesiæ et monasterii fabricam quam sicut bene coepit sic hortamur et studiose perficiat facturus rem Deo gratam et ordini utilem, præficiimus autem in priorem domus Bruxellæ D. Herculem, propterea a prioratu domus monachorum Brugis absolutum. »

1597

D. Antonius (a fine) ibidem (Lier) procurator vadat ad domum Gandavi et ibi exerceat officium procuratoris. Eius loco D. Joannem Cooman (prædicti Philiberti germanum) Procuratorem Lovanii instituimus Procuratorem d^s Liræ, eique committimus administrationem bonorum d^s Hollandiæ de quibus reddet rationem visitatori Provinciæ, cuius consilio dictorum proventus convertantur in solutionem debitorum eiusdem domus, deducta tamen prius pensione trium professorum eiusdem d^s Hollandiæ in domo Liræ commorantium, quam idem Visitator taxabit moderatam, si ex annuis proventibus eiusdem domus Liræ non possint sustentari sicut merito deberent cum sint ei utiles.

f° 45
1597
Confirmatio.

f° 46^v

V. P. Hercules Prior huius domus concessit sacellum D^{nae} N^{rae} de Gratia in Scheut tribus Eremitis inhabitandum, qui non permanerunt. Sequitur Epla Prioris ad II^{mum} Archiepiscopum continens conditiones facultatis prædictæ.

Quamdiu ibidem permanerint nondum compertum habes, sed tamen patefecerunt se esse nebolones et fures, qui postea ultimo in aliis civitatibus suppicio affecti sunt. Ex eleemosynis quas recipiebant, non sarta tecta sacelli restaurebant sed optima vina emebant et non parvum detrimentum w^{is} vicinis sylvis inferebant, multumque displicebat canonicis et probis viris, nullum inter se caput habere cui alii subessent, cum nec privata domus absque Patre familias subsistue possit

f° 49

1597

Dominus autem ab Emmichoven non quidem tantæ litteraturæ fuit sed magni et acris indicii et quidem verebatur ad statum clericalem ascendere contentus humili statu sed conversorum, sed tamen quia non erat linguae latinæ penitus ignarus, persuasus fuit ut habitum monachorum peteret nonnihilque laboravit in cantu addiscendo (sicut et socius ipsius) imo dixit quibusdam se vi precum a Deo et B. Virgine peritiam cantus adeptum fuisse. Fuerat miles vulneribus potius quam venustate faciei decorus. Pervenerat ad dignitatem Capitanei et locum tenentis Dⁿⁱ du Bois Gubernatoris Werdensis. Baltheum ad summam aram depositum, inservit etiam nunc loco pepli B. M. Magdalena et postea in ordine supremum officium totius Provinciæ sc. Visitatori adeptus est et ex Duce equestrium copiarum Dux et Pater monachorum effectus.

1597

D. Joannes de Steelant vir erat litteratus, specie decorus fueratque e familia Principis Leodiensis Ernesti a Bavaria, cuius nomine ad Cæsarem Legatione functus fuerat, sed non tam intrepido animo.

f° 49v

1597

Et 20 die eiusdem mensis accessit quartus novitius D. Gisbertus Bahusius, Antverpiensis, filius mercatoris sed religiose magnanimus, qui etiam mercaturam exercuerat, sed tandem exemplo S. Ignatii fundatoris S. J. in qua habebat germanum poëtam et Ecclesiasten disertum, ipse amorum circiter 25 aut 26 litteris humanioribus addiscendis animum applicuit et studia theologiæ latiis extremis degustavit sicut exteris linguis hispanicam et Italicam antea fecerat.

1597

Pater Arnoldus horum (Leuvene novicen) receptione non tantum domui suæ subvenerit, sed etiam toti Provinciæ quæ sicut domibus etiam personis deserta manebat et plus profuisset si in hac domo se stabilivisset.

f° 50v

1598

D. Martinus professus domus Sylvæ S. Martini revertatur ad domum suæ professionis [qui ut diximus superiori anno, laboravit pro manutentia suæ dictæ domus].

1598

Priori d^s Brugensis (D. Philiberto) non fit misericordia et dabit operam ut novitios aliquos recipiet, instituendos in domo Lovanii (quæ executioni non est mandatum, nam hoc anno 1631 nulli supersunt monachi professi istius domus).

f° 51

1598

Circa hoc tempus hospitabitur in hoc domo D. Conradus professus d^s Capellæ qui hinc recedens institutus est Procurator in domo professionis suæ. Vir pius et zelator ordinis.

Domus Hollandiæ (quæ penitus eversa est) bonorum administrationem relinquimus Procuratori domus Liræ ex directione Visitatoris, cui reddet rationem, sicut et administrationem bonorum Cartusiæ nostri maioris.

f° 51

Prior d^s Gandavi alibi necessario fit misericordia (ut non dictum est) et præficimus in Priorem D. Antonium a Fine ibidem procuratorem (qui erat professus d^s Liræ et ibidem diu Prior).

f° 51

1598

Ordinationem de uniendis parvis domibus propter difficultates quæ in executione homodi unionem occurrere visæ sunt, suspendimus verumtamen domus quæ poterunt comode et sine nimia contradictione uniri, uniantur [In hac Provincia nullas unitæ fuerunt]

1598

Priori d^s Leodiensis (D. Philippo van Belle de quo diximus anno superiori eratque suspensus ab officio et manebat in Sylva S. Martini) fit misericordia et vadat ad domum Capellæ et ibidem fungarur officio vicarii.

1598

Et D. Godefridus (Hamael) ibidem professus vadat ad domum Liræ, ibique exerceat officium vicarii (et hæc prima promotio ipsius post undetrigesimum annum peractam in ordine quod sciam).

1598

Domui Sylvæ S. Martini restituimus Priorem suum D. Ægidium (van Haut) propterea a prioratu Gandavensi absolutum, quod spes aliqua restorationis illius domus esse videatur et propterea curet Prior statim aptari locum pro tribus monachis præter sa aliquam ad formam statuti simul vivere et divinum officium pariter si non cantanda saltem legendo persolvere possint.

1598

Præficimus autem eidem domo Leodii in Priorem D. Arnoldum Havens Visitatorem, propterea a prioratu domus Lovanii absolutum (crebra certe mutatio).

1598

Priori d^s Sophiæ [D. Michael Jensema] fit misericordia.

1598

Priori d^s Lovanii alibi (sc. Leodii) magis necessario, fit misericordia et præficimus eidem domni in priorem D. Michaelem [Jensema professum eiusdem domus et quondam procuratorem] propterea absolutum a Prioratu d^s Sophiæ. [Audio conventuales vix illum voluisse admittere, aut illi promittere obedientiam, verum cognoscens causam tenacitatem suam esse, promisit demisse se rationabiliter conventum tractaturum et ea quæ sunt ordinis servaturum, et sic installatus est].

1598

Priori d^s Liræ non fit misericordia. Et curabit novitios recipere au habeat illa domus professos suos, ad quorum adventum D. Gulielmus Leone ibidem hospes migrabit hospitatum ad domum Sylvæ S. Martini.

1598

... et præficimus dictæ domui [den Bos] in priorem D. Antonium [van Loo Zichemium] professum d^s Hollandiæ nunc vicarius d^s Lyræ, qui introductus fuit ipso die S. Mauritii.

1598

... et D. Nicolaum ibidem Procuratorem absolventes instituimus loco eius procuratorem D. Theodoricum ibidem vicarium [qui et dictam domum restaurant].

1598

... instituimus loco eius [Nicolai] procuratorem D. Theodoricum, ibidem vicarium [qui et dictam domum restauravit].

1598

Declaramus officium Procuratoris generalis non eximere ab obedientia et dependentia Prioris domus in qua moratur (et hæc fuit humiliatio D. Petri de Leon qui cum P. Hercule priore non adeo conveniebat ut superius tetigimus).

1598

V. D. Procuratori Generali ord. Cart. — Amplissimorum tuorum erga nos beneficiorum magnitudini, quibus nos Carthusiamque nostram Gandensem in dies singulos onerare non desinis, venerande in X° Pater, quia nullis mutuis officiis respondere volumus, hoc unum tamen optime curamus ut eorum perpetuam memoriam retineamus, et gratiarum actiones quas possumus, non autem quas debemus, lubenti lætoque animo referamus. Rationis fuerat (ut rebamur) ulteriori importunitate, T. R. minime gravare, nisi ingenuus animi tui candor, proferendæ liberalitatis percupidus diffidentiam huiusmodi nobis sustulisset, et ad T. R. P. tq. ad sacram auchoram configere persuasisset. Eidem qua par est animi submissione supplicantis ut antiquæ suæ Cartusiæ per se assurgere non valenti manum suam adiutricem toties expertam iterato povrigere non dedignetur. Quod fiet si singularem suam industriam (qua plurimum valet) in restitutionem aliquot cellarum (quæ sui Promotoris industriæ dicabuntur) intenderit, in quo plurimum nostræ Carthusiæ consultum fuerit (quæ se iampridem tua unius industria de novo et a fundamentis in integrum restitutam gauderet, si prudentia moderatoris id temporis eius reliquias colligentis accesisset) et Deo ter optimus Max. non frustra famulatum erit. Qui tuam R. P. Carthusiæ Belgicæ restituendæ (ut facis semper) quamdiutissime conservet incolumem. Si te loci nostri videndi fabricæque promovendæ tenet desiderium, venienti obviis procurrimus ulnis. Ex Cartusia Gandensis pridie D. Brunonis 1598. — fr. Antonius a Fine prior — fr. Henricus Amelius, vicarius qui epistolam scrispit — fr. Philippus Verdebaut — fr. Nicolaus Andreas — fr. Arnoldus Taeye — fr. Joannes a Duvenco — fr. Gislenus Hannius, procurator — fr. Lævinus Jaghere, sacrista.

f° 54

1598

In prædicto festo omnium Sanctorum quando prima fuit celebrata missa in nostra ecclesia, etiam qui fuit postea primus professus novæ domus D. Joannes l'Apostole Mechliniensis habitum ordinis nostri suscepit in Cartusia Lovaniensi, quando prædicti nobiles de quibus egi superiori anno emittebant professionem. Fuerat Carmelita sed nondum promotus sacerdos, multumque in priore ordine delectabatur piis opusculis nostri Lanspergii quorum lectione et bono exemplo Patrum Anglorum qui Mechliniæ degebant puto attractum ad nostrum ordinem. Paterque Havens qui fuerat etiam alterius religionis cum voti compotem fecit quamvis non vestierit Egregia erat forma et bene compositus ad gravitatem et modestiam religiosam et bonam habens vocem.

f° 54v

Priori Capellæ (D. Adriani Dorpio) alibi necessario fit m^{ia} et committimus visitatoribus ut provideant dictæ domui de alio Pastore aut per viam electionis, vel ut ipsis videbitur expedire [Conventuales ius electionis habentes novo exemplo suum absolutum Priorem D. Adrianum rursus eligunt et installant canticumque Te Deum laudamus intonant et decantant, quibus facile consenserunt Patres visitatores cum res Patriæ non pro voto succederent, nam subiungebatur in carta domui Monachorum brevi ut speramus restituendæ ordini præficimus in Priorem D. Adrianum propterea a domo Capellæ absolutum sed residentiam habebit in domo Leodii nec quicquam agere suie consilio Patris Visitatoris præsumat.

f° 54v-56

Priori d^s Bruxellæ (D. Herculi) alibi necessario fit misericordia...

Priori d^s Lovanii (Jensema) alteri domui necessario fit misericordia et præficimus in Priorem dictæ domus D. Herculem propterea a domo Bruxellensi absolutum et poterunt ex professis illius d^s (si nimis gravetur ad alias domos mitti, ubi magis utiles a visitatoribus indicabuntur). [Invenerat ibi P. Hercules nidum ubi poneret pullos, atque si in eadem nidulo moratus et mortuus fuisset, potuisset sicut palma multiplicare dies suos. Numquam alibi fuit felicior ac maiori in honore habitus, cum esset morum gravitate prædictus et sufficienti doctrina ornatus, ordinis zelator filios non paucos suscepit aut enutrivit in disciplina atque ad officia promovit cum domum insuper ad hæc aptam et ad formam ordinis sortitus fuisset, unde non modice diligebatur a suis.]

f° 55

1599

Priori d^s Sophiæ non fit misericordia, et D. Ludovicus professus d^s Leodii ibidem hospes exerceat officium vicarii. D. autem Aegidium ibidem Procuratorem designamus administratorem bonorum domus Campensis, cuius multis annis fuit Procurator, sed morabitur semper in aliqua domo ordinis quam visitatores Provinciæ designabunt sine quorum consilio nihil aget.

1599

ccg.: Priori d^s Leodii (D. Arnoldo Havens qui singulis annis fere mutabatur) propter maius bonum fit misericordia et præficimus...

Priori d^s Bruxellæ (D. Herculi) alibi necessario fit misericordia et preficimus in Priorem dictæ domus D. Arnoldum (Havens) propterea a domo Leodiensi absolutum.

1599

... præficimus si Priorem dictæ domus D. Michaelem [Jensema] propterea a Prioratu d^s Lovaniensis absolutum.

[diuturnior illi obvenit Prioratus quam Buscoduci aut Lovanii, nam Leodii septem integris resedit annis fecissetque domum flandricam si forte diutius permansisset nam plerosque flandros eo tempore recepit].

1599

... et D. Petrus de Leon pergit in eodem domo exercere officium Procuratoris generalis in Curia Bruxellensi in omnibus sequendo consilium Patris Visitatoris qui erat ipse D. Arnoldus Havens [nam ut ex superioribus potuit addiscere lector, non bene conveniebat cum P. Hercule].

1599

... Et visitatores provideant ... similiter de alio vicario in locum D. Nicolai, quem tali officium indignum declaramus.

1599

Priori d^s Diestensis non fit misericordia et D. Theodoricus [Stumpwickius] ibidem Procurator vadat ad domum Sophiæ et exerceat ibidem officium Procuratoris cum administratione bonorum d^s Hollandiæ.

(ipse est qui in domo monialium fuerat neglectus nec ad administrationem bonorum domus dictæ admissus, nunc ipsius industria agnoscitur).

Et visitatores provideant de alio Procuratore...

f° 56v

1599

D. Joannes l'Apostole Mechliniensis, de quo superiori anno egimus, novitius in Cartusia Lovaniensi ad instantiam D. Arnoldi Havens Prioris huius domus permissus et præmissus est ut primus in hac nova domo professionem sub prædicto Patre emitteret sicut factum est in Vigilia S. Martini 10 Novembris quod felix faustumque sit. Juvenis erat 22 annorum, egregia et procera statura. Nostri solverunt expensas ipsius novitiatus domui Lovaniensi centum florenos sicut iustum et acquum erat.

1599

Ipsius loco [Chr. Noutz] institutus est D. Godefridus Halmael professus domus Lovaniensis, vicarius Liræ in Rectorem dictæ domus Liranæ, qui non diu post absolvit comprofessum suum D. Joannem Cooman ab officio Procuratoris, et alter datus est ei D. Joannes Nanningius.

1599

20 Septembris Antverpiæ obiit V. P. D. Christianus Noutz primus professus et Prior Lyræ ibique sepultus, qui prius fuerat Prior domus Ziricxæ, deinde huius domus Bruxellensis annis 32 et longo tempore Visitator Provinciæ.

fº 57

1598:

Declaramus officium Procuratoris generalis non eximere ab obedientia et demendentia prioris
domus in qua moratur.

f° 57v

f° 58

f° 58v

f° 59

1596

Priorissæ d^s monialium Brugis non fit misericordia. Hortamur Piores Provinciæ huius ut aliquid suis necessitatibus subtrahant et istis bonis virginibus in extrema penuria constitutis (sicut omnibus notum est) adiuvare dignentur mercedem a Dno Deo qui omnibus dat affluenteer percepturi quia cum domus ista sit membrum Provinciæ Teuthoniæ iustum indicamus ut imo membro dolente reliqua compatiuntur. Ordinamus igitur et præcipiamus ut domus subscriptæ persolvant taxam pro auxilio dictarum virginum, prout sequitur dimidietatem statim recepta carta, et alteram dimidietatem ad festum omnium sanctorum proxime futurum.

Prior Capellæ solvit	XXIII fl.
Prior Brugis	XVIII fl.
Prior Liræ et Hollandiæ	XXXVI fl.
Prior Gandavi	XXXVI fl.
Prior Leodii	L fl.
Prior Distensis	XL fl.
Rector Trajecti	XXIII fl.
Prior Bruxellæ	XXXVI fl.
Prior Sophiae	XXX fl.

Domus Lovaniensis et domus Sylvæ S. Martini cum domo Anglorum sunt exceptæ. Receptorem huius taxæ constituimus Priorem d^s Leodii (D. Havensium) Visitatorem Provinciæ Teuthoniæ.

1600

Priori d^s Gandensis non fit misericordia, et visitationem dictæ domus committimus Priori Valencenarum cum socio per eum assumendo.

1600

Et fr. Thomas donatus domus Bruxellæ ibidem hospes (missus a P. Arnoldo) vadat ad domum Distensem.

1600

Et D. Joannes Novavilla professus domus Leodii ibidem sacrista vadat ad domum Sylvæ S. Martini, ibique fungatur officio Vicarii.

1600

et D. Petrus professus d^s Leodii vadat hospitatum ad domum Lyræ.

(hos enim pro adiutorio evocaverat superiori anno P. Arnoldus Prior et Visitator)

1600

Bonorum domus Hollandiæ administrationem committimus Visitatori Provinciæ, qui ad hoc uti poterit opera D. Erasmi professi dictæ domus habitatui suam residentiam in domo Visitatoris, et nihil acturi consilio et consensu eiusdem (sicut iam actu habitabat in hac domo).

1600

Spatiamenta autem dictæ d^s per visitatores limitentur et designentur (quod tantum anno 1614 factum est non sine præiudicio si non disciplinæ tamen oblocutionis tollerata).

1600

Et D. Martinus ibidem (Sylva) professus vadat a domum Bruxellæ ibique exerceat officium sacristæ.

(verum iam unus sacrista D. Joanne l'Apostole erat constitutus et quia dictus D. Martinus pedibus defectuosus, V^{lis} Prior scripsit ad Cartusiam ut huc non accederet, quem quia texere iuncis noverat alisuis commendaverat).

1600

Et D. Joanni professo d^s Coloniæ ibidem hospiti provideat domus Leodii de necessariis loco D. Everardi (Valentini) professi d^s Leodii et hospiti in domo Coloniæ (in qua plerosque annos exegit eratque senior).

1600

Bonorum domus Campensis si quæ sint et domorum Amsteredamensis et Ziriczee et similiūm domorum destructarum administrationem committimus Visitatori Provinciæ et cui ille commiserit, qui inde subveniet paupertati domus Lovanii donec prædictæ domus restauretur. (quod sæpius fuit ordinatum, quod beneficium dicta domus Lovaniensis iam non satis agnoscit).

1600

Priori d^s Leodii non fit misericordia et D. Guilielmus professus d^s Lovanii (puto Beyeren absolutum priorem) ibidem hospes vadat hospitatum ad aliquam domum Provinciæ Rheni quam Visitator dictæ Provinciæ assignabat (post 4 annos obiit Leodii) loco dicti Petri professi domus Ruremundæ qui Leodii hospitatur.

f° 60^v

Anno 1601 februarii undecima receptus est ad statum conversi fr. Jacobus Schellekens Lyranus corpore procerus et sartor industrios sequenti anno professus sub D. Petro de Leon.

f° 60^v

Fr. Henricus Le Vasseur Normamus receptus fuit primo ad statum Donati postea 2^a Julii Conversi habitum accepit a P. Arnoldo, et 3^a Julii sequenti anno sub P. Petro de Leon professus; attulit secum circiter 80 florenos e stipendiis suis quæ maxime meruerat serviendo Patribus societatis, qui sequebantur castra cum fratre Jacobo Laurens Donato, cum quo notitiam contraxerat. Inservit domui in officio hortulani, eatque diligentissimus in frequentenda Ecclesia noctu.

1601

Circa hoc tempus visitata fuit Provincia per D. Severum Turbulum Italum, priorem d^s Neapolis ni fallor et D. Petrum Serval professum maioris Cartusiæ, quos D. Petrus de Leon evocaverat e vicinis locis ut dicitur quibus etiam viaticum liberaliter suppeditavit, atque in actu visitationis huius domus absolutus fuit D. Franciscus Caveneere ab officio Vicarii et post in cubiculo hospitum D. Joannes Broeyere Procurator quamvis invitus coactus est petere misericordiam in absolutionem a suo officio quam illi fecerunt, ac instituerunt vicarium, dum autem Joannem de Steelant professum Lovanii Procuratorem.

f° 61

1601

Pater apothecarii nri Jac. de Courtroy ook 5 reftertafels

nimirum sumptuosæ et magni pretii (7 lb. fl.)

Et D. Joannes [Broeyerius] vicarius eiusdem d^s [Brussel] (recenter a PP. Commissariis
institutus) eat ad domum Brugis, ibique exerceat officium Vicarii.

f° 62

1601:

et D. Joannes Barba restitutus Prior.

f° 62

Exinde factus est rector fr. Petrus Eyckermans Zichenensis, quamvis idoneus propter defectum personarum permansitque in eodem officio usque ad festum Mariæ Magdalenaæ quando cartam capituli receperunt...

f° 62

Hoc anno D. Antonius a fine professus d^s Lyranæ et Prior Gandavi rediit Lyram factus ibidem vicarius...

1601

Rectori d^s Liræ [D. Godefrido Halmael] fit misericordia et præficiimus in Priorem dictæ d^s Joannem Baptistam, prof. et Procuratorem d^s Lovanii et rector absolutus eat ad domum Bruxellæ ibique exerceat officium vicarii (ad quod erat multo aptior quam ad prædictum officium Rectoratus, quia de administratione rerum temporalium nihil noverat, statutorum autem peritus et zelator, nihilominus fuit magna altercatio inter illos duos Commissarios D. Turbulum et D. Serval: hic enim quietos et exemplares amabat in officio, alter et rerum gerendarum peritos, sed quia D. Petrus de Leon, prior hs. d^s institutus tali viro indigebat, P. Serval cessit qui tamen post aliquot annos rursus eum ad officium externum promovit, quod ipsem D. Godefridus deprecatus est).

1601

Priori domus Bruxellæ [D. Arnold Havens] ad suam magnam instantiam fit misericordia et præficiimus in Priorem dictæ domus D. Petrum Leon...

Et prior absolutus eat ad Visitatorem Provinciæ Rheni, qui ipsius opera utetur ubi et in quo videbitur expedire...

1601

et præficiimus in Priorem dictæ domus D. Petrum Leon Procuratorem Generalem in curia Bruxellensi, cui plurimum commendamus novi claustrum fabricam et præcipue clausarum domus et subventionem piam Monialium Brugis.

1601

... et D. Joannes [a Novavilla] ibidem [S. Maartensbos] vicarius revertatur ad domum suæ professionis Leodii.

1601

Priori d^s Gandavi non fit misericordia et D. Orto [sc. Henricus Amelius prof. d^s Leodii] ibidem vicarius eat ad domum Lovanii, ibique exerceat officium procuratoris. Additionem præfatam approbamus subscr. fr. Bruno Prior Cartusiæ.

[Cum vix hæsisset ibi per hebdomadam V. Prior D. Hercules domum rediens illum ad domum Lyranam dimisit cum blandis verbis et promissis deliniens et asserens eum sibi gratiorem quam qui hoc procurassent (suspicabatur enim sibi æmulum suscitatum ad adversis) et iam visitator constitutus promisit cum ad altiora promoturum quod et fecit.

1601

... et D. Wenceslaus [Plenevaulx] ibidem vicarius eat ad domum Gandavi ibique exerceat officium vicarii (erat hic professus d^s Delphensis, habitaveratque diu in Francia, sed a biennis circiter redierat ad hanc Provinciam).

1601

Præterito Christo natali die ex hac luce migrarat D. Joannes Sarro Prior domus Distensis ab anno 1572 et vixit laudabiliter in ordine ultra 52 annos, habens missam de B. Maria in 7 provinciis Alemaniæ.

1601

Divisionem domus Diestensis donec antiqua domus restituta fuerit committimus visitatoribus Provinciae et institutionis in administratorem dictae domus D. Theodoricum procuratorem d^s Sophiae (sc. a Stompwyck professum d^s Diestensis) cui pro sua residentia assignamus domum Leodii vel si sine periculo fieri possit antiquum monasterium [scribit tamen se eo anno mansisse Lovanii cum suo adiutore Petro Eyckermans].

f° 62^v

1601:

Priore domus Bruxellæ ad suam magnam instantiam fit misericordia, et præficiimus in priorem dictæ domus Petrum de Leon...

f° 62v-63

Ad hanc mutationem quis non obstupescat, ecce D. Arnoldus Havens, doctor S. Th., Visitator Provinciæ et Prior in Regia Urbe, quamvis præsens in Capitulo Generali, ab omnibus officiis absolvitur et extra Provinciam emittitur! qui propter tantam dejectionem non est contrastatus contra Deum aut ordinem, quippe iam pridem in S. J. edoctus istas mutationes officiorum et vicissitudines rerum subire quas etiam ipse in officio Visitatoris constitutus multas præter consuetudinem ordinis nostri fecerat, de qua re tantum illum insimulari audivi, et quod consuetudines et cœremonias ordini nostri non satis addixeret. Missus autem fuit a Visitatore Provinciæ Rheni ad domum Ruræmundanam, ibi inerti olio aut inutili tristitiæ se non dedit, sed optatam sabbatismum assecutus historiam cœdis, aut ut verius, Martyrii Patrum ac fratum nostrorum, qui ibi ante triginta annos occisi fuere, conscribere agressus est, ad quod invitabat et paries sanguine eorum adhuc conspersus et R^{mi} D. Henrici Cuyckii secundi istius urbis expetitio: ita ut V.P. D. Arnoldus hanc absolutionem beneficii loco habuerit, ac videtur non sine numinis providentia ei contigisse ut horum martyrum historiam in lucem proferret aliaque opuscula commentaretur, quæ sub finem vitæ exendi curavit ac non minime hanc Provinciam illustravit.

Approbamus hanc administrationem subscribens fr. Bruno Prior Cartusiæ.

f° 65

1602

Administrationem bonorum d^s Hollandiæ committimus d^{no} Erasco professo dictæ d^s (in hac domo Bruxellensi commoranti) necnon bonorum d^s Cartusiæ quem nihil volumus serium agere nisi cum consilio et scitu PP. Visitatorum aut alterius eorum

1602

Priori domus Bruxellæ (D. Petro de Leon) non fit misericordia.

1602

Et D. Joannes de Steeland est ad domum Diestensem (quæ hoc anno rursus inhabitari a nostris cœpta est ut mox diximus) ibique faciat officium Procuratoris.

(ibique erat vicarius cum ecclesia tectum accepit. Causa dimissionis ab hac domo ea videtur fuisse, quia partem Magdalenæ, quietem et contemplandi studium magis amabat, quam Martha sollicitudinem parvamque rerum nostrarum notitiam habebat. Unde P. Prior, homo externus et ignotæ linguæ exoptabat recipere D. Joannem de Broeyere a sesquianno ab eodem officio Procuratoris exauktoratum, et vicarium Brugis, quem inde revocavit).

1602

Joannes Steeland, proc. Brussel-Zeelhem

1602

Joannes Steeland, proc. Brussel-Zeelhem

1602

Non suis animi voluptate legi in computu prædicti D. Joannis de Steeland modico temporis quo egit in hac domo Procuratorem incœpisse restaurare parvum sacellum in Halvenblok, pro quo construendo et tegendo dedit 21 fl. 16 st. sed et imperrime scripsit mihi Possessores vicinarum terrarum lubenter restaurationem invissse, prædictem sacellum postea tempore P. Gysberti auctum fuit.

Insuper D. Steelant adiecit animum ad restaurationem primarii sacelli D.N. de Gratia in Scheut sicut tam externi tam interni Bruxellæ instanter petebant quod professi nostræ domus hactenus neglexerant, cum tamen ex tabulis fundationis domus obligati essemus ad eiusdem sacelli conservationem quod Capitulares Ecclesiæ Anderlacensis minime latebat et in fallor officii nostri cum minatione commonefecerant. D. Steelant D. Virgini devotus (ut ex his quæ in eius vestitione diximus Lector benevolus cognoscere potest) hanc occasionem propagandi cultus Divæ Virginis libenter arripuit...).

1602

Ordinamus ut ad domum Bruxellensem advenientes et ibi commorantes pro suis negotiis solvant expensas suas taxandas per Patres Visitatores (taxam autem hanc scriptam per P. Vicarium adhuc in cubiculo hospitum pendentem anno 1606, eo quod P. Prior verecumdaretur petere.)

1602

Præficimus in priorem d^s Diestensis D. Theodoricum (a Stompyck Harlemensem) professum etadministratorem dictæ domus, quem hortamur ut omni studio conetur domum erigere in utroque statu (Igitur cum tribus aliis rediit ad ruinas monasterii de Zeelhem ante annos 20 exusti ab hæreticis Diesthemium occupantibus, Ecclesiamque restauravit).

1602

Priori d^s Gandavi (D. Joanni Barba restituto) non fit misericordia, quem monemus ut sedulo sicut incœpit (incumbat ædificationi domus suæ maxime cellarum, inde coniicitur fuisse qui pulchrum illic construxit cœnaculum quod refectorium vocamus.

1602

Priori d^s Sophiæ non fit misericordia et D. Arnoldum (Havensium) ibidem vicarium super annum institutum confirmamus (ita ut non fuerit integro anno Ruræmundæ).

1602

Vicario d^s Monialium Brugis non fit misericordia cui concedimus singulis annis triginta florenos pro suis necessitatibus solvendos ex proventibus d^s Hollandiæ cuius est professus donec aliter paupertati monialium provideatur.

f° 65^v

1602:

Insuper D. Steelant aducit animum ad restorationem primarii sacelli Dominæ nostræ de Gratia in Scheut...

f° 65v

Diu studuerat dictus Pater de Leon quomodo adepta aliqua dingitate abbatis seu potius Episcopi excuterat iugum P. Visitatoris quem in cuntis fere sibi adversantem patiebatur...

f° 65v ...tamen retinere simul Prioratum huius domus facile apparet, ex ædificiis quæ postremo fecit, nam præterito anno ædificavit domum pro se et famulis, ut dicebatur... »;

f° 67

a.1602: 8 Junii obiit V^{lis} Pater D. Philibertus Cooman prior domus Brugensis et olim Leodii professus huius domus et ultimus antiqui monasterii Procurator. Fuit Mechliniensis natione ex honestis et divitibus Parentibus natus qui hospitales erga personas Ordinis et quidem magnificos sese exhibetant nam et alium filium natu maiorem Georgium in hac domo habuerunt qui obiit Anno 1572 et præterea Lovanii professum Joannem qui hoc tempore in hac domo hospes habitabat et obiit a. 1606 sed et ipso D. Philibertus vir spectabilis erat et in honore a Prælatis etiam externis habitus sed plusquam simplicitos Ordinis admittabat magnificus, secularibus tamen gratus hinc viros doctos et maturos ad ordinem suscepit Leodii de quibus ad horam gavinus est qui sibi applandebat florem Arduennæ excerptisse, qui post professionem factam ipsi negotium facesserunt. Habitetur hic libellus ab ipso collectus qui continet exercitia ad rite et devote celebrandum, quem iam a multis annis D. Joannes Blitterswyck sacrista in suo circumfert inservitque illo pro libello precario.

1602

D. Henricus Amelius dictus d'Orto professus Leodii et a prædicto Patre Philiberto admissus successit ei in regimen domus Brugensis, institutus a P. Hercule Visitatore, Rector secundum promissionem et spem illi factam quæ occasio satis commode se obtulit ut non quæreretur se ab officio Procuratoris domus Lovanii amotum aut potius non admissum.

f° 67v

Obiit D. Nicolaus Huardus professus domus Capellæ, quondam Prior domorum dictæ Capellæ, Ziricseæ et Hollandiæ, qui multis superatis laboribus 47 annis laudabiliter vixit in ordine, habens missam de B. Maria.

f° 70

1604

... Et præficiimus in Priorem dictæ domus (Lier) D. Johannem Emmechoven Procuratorem d^s Lovanii cui committimus administrationem bonorum d^s Hollandiæ et Cartusiæ Majoris (quam sportulam egregie adornavit).

1604

Priori d^s Gandavi non fit misericordia et D. Wenceslaus ibidem vicarius eat ad domum Bruxellæ.

1604

D. Gislenus, professus Gandavi qui hic morabatur tamquam procurator bonorum Cartusiæ et Hollandiæ remissus est vicarius ad domum suæ professionis.

1604

Priori d^s Leodii non fit misericordia et D. Bertrandus ibidem professus exerceat officium vicarii studeatque paci et unioni utriusque nationis.

1604

... et D. Cornelius exerceat officium Procuratoris (inanes tituli quam hæretici bona domus occupabant, ttm. tribuebant ad victum illorum necessaria).

1604

Rectorem domus Trajecti D. Joannem Cammatier, præficiimus in Priorem.
(qui non habebat multos subsequentes).

1604

Priori d^s Sophiæ (D. Antonio van Loo professo d^s Hollandiæ) fit misericordia.

1604

... Priori d^s Lovanii non fit misericordia, et D. Egidius Bommelensis eat domum Distensem, ibique exerceat officium procuratoris.

1604

... et præficiimus in Priorem dictæ domus D. Joannem Steeland Procuratorem d^s Diestensis.

f° 71v

1604

Circa hoc tempus obiit D. Joannes Barba professus et Prior domus Gandavi et longo tempore convisitator Provinciæ, post cuius obitum Conventuales elegerunt in Priorem D. Arnoldum Hanvensium, professum ds Lovaniensis et vicarius Buscoduci, qui fuerat non ita pridem Visitator Provinciæ.

1604

D. Ægidius van Houte professus et Prior Sylvæ S. Martini vectus fuit Bruxellam ut ibidem curaretur a medicis, sed paulo post mortuus est in vicinia. Et in prædicto cœmiterio sepultus pridie quam consecratur.

f° 72

1604. professus et antiquior domus Bruxellensis, qui ultra 50 annos laudabiliter vixit in ordine...

f° 72

Annum 1605 incipiamus a falici ingressu D. Joannis a Blitterswyck in ordinem nostrum, qui etiam nunc partes vigilis sacristæ ac probi Religiosi agit, suumque nomen ipsemet propriis laboribus posteritati consecravit plerisque translationibus in lingua flandrica editis. Adolescens imberbis adhuc et decem atque octo annorum dumtaxat cum litteris navaret operam apud Patres Augustinianos Ordini se nostro magno affectu didicavit 22 Januarii in festo Vincentii quem pro patrono pie colit, habitumque suscepit de manu magni istius Prioris Dⁿⁱ Petri de Leon, habebat in hac domo cognatum germanum D. Ægidium qui multis postea annis fuit Procurator, ambo Bruxellenses ex honestis civibus progeniti.

f° 72v

D. Christophorus Focant patria quoque Bruxellensis filius mercatoris panni serici opulent et nominatissimi in equo volante prope ferum, adolescens unius et viginti annos natus, corpore pusillus nomen Christo dedit ordine nostro 16 Aprilis. Humanioribus litteris operam dederat Montibus Hannoniae et Philosophica studia extremis labiis attigerat Lovanii.

f° 73

1605:

D. Petrum de Leon Prior huius domus...sibi in coadjutorem elegerat D. Wenceslaus Plenevaulx, ...eumque sedere fecit ante P. Vicarium, quod conventuales passi non sunt... »

f° 73

Dicitur D. Joannes ab Emmechoven Prior tunc domus Lyranæ a quibusdam conventionalium desideratus magis quam expetitus, in aliud tempus magis oportunum nobis divinitus reservabatur.

f° 73

1605

Intererat, ut dixi, Capitulo D. Wenceslaus, sed et D. Hercules Visitator Provinciæ pro sua paterna providentia per convisitatorem Priorem domus Capellæ nominavit Rectorem hs d^s D. Gisbertum Bauhusium professum d^s Lovaniensis, natione Antverpiensem, quem iudicabat hs muneric dignissimum, nam spatio octo circiter annorum in celle tam constanter quam viriliter piis et spiritualibus exercitiis incubuerat, ut in eo perfectionis splendor eluceret prout ipse D. Hercules quandoque mihi enarravit et liber quem transtulit in lingua flandricam fidem facit. Vicisem Pater misericordiarum divina sua cum consolatione et gratia dignabatur ut potens esset et alios consolari præcipue iuniores et tentatos. Ad exteriora etiam non parum idoneus inveniebatur, nam ætate maturus ordinem intraverat, et in sæculo mercaturam exercuerat, huic præter linguam propriam flandricam et gallicam, etiam exteris Italicam et Hispanicam quarum omnium usus frequens est in hac primaria civitate. Utcumque callebat iuvenis apparebat circiter 33 annorum sed morum gravitate et iudicio prædictus erat, et nullum aptiorem VV. Visitatores indicabant qui rebus nostris proficeretur.

1605

D. Petrus de Leon Prior huius domus et Promotor ante paucos menses sibi in coadjutorem elegerat D. Wenceslaum professum d^s Delphensis hic hospitem, qui Prioris officio in Francia et Vicarii in hac Provincia non semel functus fuerat, eumque sedere fecit ante P. Vicarium, quod Conventuales passi non sunt, et ab ipsis vocatus Visitator remisit ad stallum priorem secundum ordinem professionis, remansit tamen coadjutor quasi jam Procuratoris non Prioris.....

1605

Interrogatus nihilominus a PP. Diffinitoribus quid sentiret de D. Wenceslaus, respondit aliquam in consortio D. Leonis contraxisse notitiam et amicitiam cum Hispanis, verum tales iam requiri Præsidentem qui domum non tantum ædificiis, verum etiam personis pietate et morum disciplina instructis augeret...

Igitur diffinitores capituli ea sententia Visitatorem præficiunt in rectorem hs d^s D. Gisbertum Bauhusium supradictum, ut sumerent experimentum de sufficientia eius neque enim aliud officium minus in ordine exercuerat.

D^{no} autem Wenceslaus datur optio ut D. Petro de Leon adhæreat socius perinde ac Episcopo, aut maneat Coadjutor d^s Bruxellæ quod posterius elegit, ne excluderetur a domibus Provinciæ quibus non inserviret.

1605

Diu studuerat dictus Pater de Leon quomodo adepta aliqua dignitate sive Abbatis, seu potius Episcopi excuteret iugum P. Visitatoris, quem in cunctis fere sibi adversantem patiebatur, quod non difficile factu videbatur cum haberet proceres Hispanos mire sibi faventes, voluisse tamen retinere simul Prioratum huius domus facile apparent ex ædificiis quæ postremo fecit, nam præterito anno ædificaverat domum pro se et famulis, ut dicebatur, quam tamen facile adaptavit pro quatuor Religiosis et hoc vere turrim in frontispicio Ecclesiæ unde nobilibus hic se recolligentibus prospectus fuisset in Ecclesiam et altaria ipsa. Sic fama loquebatur.

1605

quem [Plenevaulx] nihilominus D. Petrus de Leon misit in Cartusiam ad Capitulum generale suo nomine ut peteret facultatem acceptandi officium administratoris Xenodochi Regii quod a suo Celsitudine offerebatur. Scriperat ipsemet Archidux ad R. Patrem generalem ut permitteret D. Petrum hac in re sibi obsequium præstare.

f° 74:

Dno Petro Priori de Bruxellas ad officium Administratoris Hospiti Regii promoto fit misericordia et præficimus in Rectorem dictæ domus Gisbertum Bachusum professum Lovaniensis ».

recessit a domo et accepit diversorum in civitate... eo die quo dicensit a monasterio dum æstu fervet diebus caninularibus magnum haustem vini Hispanici haurit et protinus ferventes febres acquirit, quæ brevi hominem absumperunt... Illum... visitavit P. Rector huius domus P. Gisbertus, sed maxima D. Wenceslaus coadjutor quique adfuit morienti cum aliquot Patribus minoritis. Migrat... ad Dominum tertio Augusti anno...1605.

f° 74:

...domum quam inhabitabant facile quatuor religiosi habentes singuli duo cubicula.

f° 74

...cum vita defunctus esset mandatum fuit rectori Gisberto ex parte Archiducis ut funus eius silenter curaret quare corpus eius summo mane a famulis ad domum delatum telluri mandavit in capitulo. »

f° 74

...domus...est promota ut haberet sacellum ad portam; Ecclesiam et circumquaque parvum ambitum, refectorium cum pomario, ...duas cellas cum parte maioris ambitus et domum aliam... »

f° 74

D. Gisbertus ait prædini dum amplexibus Rachælis fueretur transtulerat belgico idiomate R. P. Lucæ Pinelli opusculum de perfectione Religiosa quod Antverpiæ hoc anno prodiit, suppresso proprio nomine permisit P. Herculum Priorem epistolam dedicatoriam inscribere devotæ Virgini Antverpiensi cognomine *Bruïdt* quæ ac Deo dicabat in monasterio S. Elisabethæ in hoc opido, ipsa pietatis et gratitudinis ergo legavit Cartusiæ Lovaniensi ducentos florenos et totidem huic domui ad quam regendam recenter missus esset translator D. Gisbertum et hoc bonum omen erat Prædecessoris vistigia e vicino annulaturum.

1605

Priori d^s Capellæ non fit misericordia.

1605

... et D. Rainerus professus d^s Monachorum vadat ad domum Lyræ.

1605

Priori d^s Lyræ (D. J. Emmechoven) non fit misericordia cui committimus administrationem bonorum d^s Hollandiæ et Cartusiæ Majoris.

1605

... et D. Servatius redeat ad domum Cantanii.

1605

... et D. Ægidius Bommelensis professus d^s Lovanii vadat ad domum Gandavi.

1605

Priori d^s Diestensis non fit misericordia.

1605

Rectorem d^s Sylvæ (Nanninius prof. d^s Leodii) a visitatoribus super annum institutum præficimus in Priorem.

1605

Domno Petro Leoni priori domus Bruxellæ ad officium administratoris hospitalis Regis promoto fit misericordia et præficimus in Rectorem dictæ domus Gisbertum Bauhusium professum domus Lovaniensis.

1605

Visitaverat cum in morbo Medicus suæ Celsitudinis, qui indicavit febres esse pestilentiales et contiguas, irridebatque suspensum pileum ex herbis supra caput illius pro refrigerio, et cum vita defunctus esset mandatum fuit rectori Gisberto ex parte Archiducis ut funus eius silenter curaret quare corpus eius summo mane a famulis ad domum delatum, telluri mandavit in capitulo contiguo sacelli B. M. V., præsente uno atque altero Religioso non sine apprehensione, et Missa a Conventualibus pro animæ eius refrigerio celebrata. Tumulus quoque per aliquot septimanas nigro pamo substratus fuit. Precor D. O. M. ut pro ædificata hac domo ad eius nominis gloria...

1605

Fuit vir non mediocri doctrina prædictus, quippe natus et educatus in Salmantica Academia, divino munere nobis missus ad res nostras restaurandas, singulari humanitate omnes prosequebatur, modesteque se gerebat memor simplicitatis et perfectionis ordinis sui, sella equi non aliter quam corio ornata erat quæ res seculares ædificabat non minime et in sui amorem et venerationem alliciebat. Venient aliqui postea qui cum pro merito laudabunt ; ipse vitæ suæ seriem schedulis commendavit sed vereor es deperiisse. Non tamen possum hoc silentio præterire quod a fr. Judoco converso de ipsius pietate intellexi voluisse vid. operarios ut moris est apud domesticos ordinis nostri, elevationi hostiæ in missa conventuali interesse, alioquin eos privabat cervisia quæ per diem ex gratia solet ipsis propinari, imaginesque sanctorum, dum olio vacabat, pingere et illuminare solitus erat.

1605

Erat hic noster Leo gratus imprimis viris nobilibus atque ipsi pene toti curiæ non ignotus, sed præcipue militibus Hispanio, qui in cum adeo propensi animo erant, ut non esset tam alienus a religione et pietate qui de suis stipendiis aliquid non libenter detraheret, atque in opus inchoatum ab ipso Petro conferret. Horum certe munificentia in nos magna fuit, quorum eleemosynis domus hæc a fundamentis incepta eiusque progressa est perducta et promota, ut haberet sacellum ad portam, Ecclesiam et circumquaque eam parvum ambitum, Refectorium cum pomario, duas cellas cum parte maioris ambitus, et domum aliam quam inhabitabant facile quatuor Religiosi, habentes singuli duo cubicula et turrim unam a frontispicio templi etc.

1605

V. P. D. Petrus de Leon non diu adepta dignitate gavisus est, et parum in ea commoratus protinus exire coactus est, illudque Davidis ad Ethai moribundis, qui in xenodochio sub eius cura degebant, usurpare licuit. Heri venisti et hodie compelleris nobiscum egredi. Nam eo die quo discessit a monasterio dum æstu fervet diebus canicularibus magnum haustum vini hispanici haurit et protinus ferventes febres acquirit, quæ brevi hominem absumpserunt. Dum pius Pater in sacerdotalium domo sibi relictus decumbit prohibet famulis sollicite ne quid illi ministrent non permissum ab ordine maiorque illi cura inerat mori ut bonus Cartusianus quam vitam longius producere. Illum tamen subinde visitavit V. P. rector huius domus D. Gisbertus, sed maxime D. Wenceslaus coadjutor quique adfuit morienti cum aliquot Patribus minoritis. Migrat igitur ad Dominum tertio Augusti anno a Christi nativitate 1605.

V. admodum Pater Petrus de Leon professus primo domus de Miraflores secundo huius domus Bruxellensis. Administrator hospitalis Regii, Procurator Generalis ordinis in curia Bruxellensi, alias bis Prior huius domus, habuitque plenum cum psalteriis monachatum per totum ordinem.

1605

D. Petrus de Leon accepta charta tradidit sigillum domus D. Gisberto Bauhusio rectori fausta illi precando (sed dubitat an ex animo, unde colligitur homines putasse, voluisse Prioratum cum prædicto officio retinere) et ceteris rebus compositis recessit a domo et accepit diversorum in civitate. Complosis manibus D. Petrus de Leon agebat gratias Deo quod esset

liberatus de manu P. Herculis, sed brevi post in manus Dei incidit. habitavit in hac domo 14 annos circiter.

f° 75

Petrus cognomine Beets de Lovanio, pius, devotus et simplex vir, professus senior huius domus, qui 56 annis laudabiliter vixit in ordine, numquam officium sacristius maius exercuit, hisce tumultibus habitavit in domo monialium Gosnay. Multi dicunt numquam vidisse cum iratum, et omnes qui cum ipso vixerunt simplicitatem eius columbinam et devotionem extollere non satis sufficient. Mirus erat B. V. M. et sanctorum cultor, quorum imagines omnes quod invenire poterat, colligebat, et depingebat (satis scite enim noverat pingere et illuminare) aut ipsis appropriabat quibusdam mutatis et in eorum natalitiis ac per octavam in suo altari exponebat, pia prece et antiphona salutabat, aut litaniis invocabat. Prolixiores habeo etiamnunc in libello ab ipso descriptas cum cotidiano exercitio, nonnumquam cuculla Ecclesiastica et stola indutus prædictas sanctorum imagines thurificabat, quarum multas habui a magistro meo D. Jo. L'Apostole sed tam pium exercitium constanter retinere neglexi ...

f° 76

1605

Cum ante mortem aliquandiu lecto decubuisse non tamen adeo molestus et gravis fuit servitoribus, noverat seipsum corda tabullato adfixa et in lectum dimissa iuvare, et se vertere velut S. Hieronymus saepiusque in morbo proposcit sibi V^{le} Sacramentum deferri, quod summa religione sumebat. Tandem non ttm permisit sed sicut monet S. Jacobus induxit Presbyteros Ecclesiae quasi renitentes ut orarent super cum ungentes cum oleo in nomine Domini: cum enim non appareret adhuc extrema necessitas memorabile verbum protulit dicens: melius est prævenire quam præveniri. Cum autem viderunt astantes Religiosi eum morti appropinquare incepérunt legere litanias et dum perventum esset ad sancta Maria o. p. eo, pio gemitu anima in piissimæ matris gremium depositus Deo reddendam, ut pie credimus, nam plurimos orationes passim in libris devotionis quibus usus fuit, descriptas ab ipso vidi ut in hora mortis illi adesset. Corpus telluri mandatum fuit in medio parvi cemeterii prope sacellum B.V.M., quod ab Archiepiscopo consecratum fuisse priusquam in illud inferreretur. Gavisus fuerat atque gratias agerat quo dignius et quietius requiesceret resurrectionem novissimam præstolans. Dicunt aliqui dum sepeliretur suavem odorem exhalasse velut violæ redolent, non tamen hoc omnes unanimiter affirmant.

a.1605

Non prætereundum quod quamvis in eis quæ mundi sunt simplex appareret, non tamen in scientia sanctorum, noveratque ad laicos sermones et exhortationes facere, nec tantum prestiterunt eius synchroni quos vidimus maiora officia obiisse.

a.1605

... ob singularem eius pietatem erga B.V. permittebatur ei in sacello D^{næ} Nostræ frequentius celebrare. Uno autem exemplo ostendam quam grata Deo fuerit eius devotio, rem quam a personis ordinis fide dignis sc. P. Hercule priore, D. L'Apostole magistro meo, fr. Thoma Portario audivi, refiero. Quadam die cum D. Petrus esset celebraturus in sacello anteriori novæ domus, venit ad eum mulier multum afflita et desolata, petens eius orationis suffragia, et ut erat pius et misericors pro mulieris consolatione et salute habens sacrificium missæ Deo obtulit, quo peracto illico mulier se sensit superna gratia respectam et a gravissimis pressuris et augstiis quibus coarctabatur alleviatam, quapropter Deo imprimis et famulo eius uberes gratias egit. Solebat etiam quibusdam exorcismis uti aquam peculiaribus precibus benedicere et egrotos lavare.

a.1605

Hoc anno 1605 ex hac vita migravit 12 novembris D. Joannes Gerulphus Ascellanus prope Hulstum, professus d^s Lovaniensis 5 februarii anni 1561, sub D. Petro de Mirico, receptus præcedenti anno a D. Joanne Zurpel qui dedit ei præceptorem magistrum Andream Loots etiam Hulstensem. Multis annis fuit sacrista. Anno 1579 institutus vicarius quo officio

immortuus est. Cum parum ante medicamento cuiusdam herbæ fistulam quam gerebat in tibua inconsiderate clausisset. Fuit vir pacificus, humilis et sibi rigidus, cum esset impeditioris linguæ totum se scriptioni tradidit nam erat vir Hebraicæ non minus quam Græcæ litteraturæ cognitione apprime instructus, multa volumina conscripsit carmine de vitis sanctorum et aliis historiis ex sacra scriptura.

Maxima quoque familiasitas fuit ipsi D. Gerulpho cum eximis D^{no} Jacobo Jansonio, sui erat Doctor et professor S. Theologiæ primarius et Præses Collegii Pontificis, Canonicus et postea Decanus S. Petri Lovanii eique confitebatur.

78v

1606

Rectorem d^s Bruxellæ (D. Gisb. Bauhusium) præficimus in Priorem.

1606

Priori d^s Sophiæ non fit misericordia, et monachi conforment se statutis in rasura et aliis
observantiis alioquin Visitatores provideant.

f° 80^v

In Junio prodiit tandem in lucem Vita et Martyrium D. Justi sive Judoci Gandavi Cartusiæ Delphensis in Hollandia professi et sacristæ Auctore D. Gerardo Eligii huius domus professo, qui tamen nomen suum in titulo libri voluit suppressum, pro quo positum: cui justa persolvit Cartusia Bruxellensis, ita quidem quia precipue expensis ipsius domus et auspiciis P. Prioris (cui liber dedicatus est) atque adeo primus hic ex hac domo novo latinus prodiit quod felix faustumque sit: multas autem versiones flandricas eden pergit D. Joannes a Blitterswyck sacrista: At pro hoc latino multas molestias et labores subivi, omnia documenta hinc inde et ex remotis locis conquisivi, approbationes impetravi, sumptus amicis feci, ut aliis ianuam aperirem et animarem. Fuit etiam primus liber latinus quem prelo dedit Typographus Godefridus Govardus Civis Bruxellensis: hinc pro corrigendo exemplari non minime distractus fui, et ad interiorem profectum meum parum conduxit nec in aliis expectatum fructum animadverti: ideo qui non est multum idoneus a prelo abstineat.

f° 80v

In quatuor temporibus Pentecostes missi sunt Lovanium D. Ægydius Blitterswyck pro Presbyratus et D. Christophorus Focant pro minoribus et subdiaconatus Ordinibus suscipiendis comitate eos D. Procuratore.

f° 80v

Is fuit D. Joannes Cooman professus domus Lovanii et quondam Procurator eiusdem domus et Lyranæ, hic hospes et infirmarius patria fuit Mechliniensis, habuit olim in hac domo professos duos fratres germanos quorum postremus Philibertus obiit Prior Brugis anno 1602. D. Joannes nactus in hac domo impressionis qualiacumque instrumenta et characteres impressit aliquot recentiora officia SS^æ Trinitatis, Transfigurationis, hymnos et Collectas; ad alia opera fabrilia dexter et sedulus imprimis infirmarius.

f° 81

11 Junii in festo S. Barnabæ celebravit primitias suas D. Egidius van Blitterswyck cuius mater dedit Ecclesiæ pulchram tabulam trium Regum, quæ nunc est in quinto altari ac Conventum liberaliter tractavit.

f° 81

Mirabiliter autem infirmitatem incurrit. Advenerat Prior Anglorum, qui tunc temporis commorabantur; adduxerat secum famulum Æthiopum; cum hoc ignoraret D. Joannes eundo ad secessum, invenit cum ibidem sedentem. Exterritus incœpit clamare et alter pariter, unde contraxit morbum sanguine commoto. Eo die minutus fuit nec hoc vim mali abstulit quam medicum exiguum existimabat, sed mors subsecuta maxima fuisse manifestavit quæ contegit 19 Maij anno professionis suæ 15, nam professionem fecerat 2 Julij anno 1591. Intellexi habuisse consolatores nimis importunas in suo morbo qui tota die assiderent lecto garriendo et non permiserunt quæ erant salutis animæ suæ cogitare aut confiteri, quamvis satis animadverteret mortem sibi imminere, nam rogaverat ut aliqui ex amicis Mechlinia evocarentur, sed responsum fuit a Patre Coadjutore nos diu Parentibus renunciasse et valedixisse, subito ex vomitu animam exhalavit, præsente fratre Jacobo converso.

81^v

Quidquid in posterum de domo scripturus sum fere oculatus et auritus testis adero; sed tamen cum omnes fere adhuc in vivis degant, non potero ex libertate ubi qua opus esset, nec propterea omnia sunt reticenda nam memoria paulatim et seusim deficit.

f° 82^v

Paucis diebus post supplicationem V. Sacramenti miraculosi in festo S. Margaretæ veni ad hanc domum ad primam probationem sub habitu sæculari. Et ne ingratus sileam, B. Virginis Apricollensi (ad quam peregrinatus fueram paulo ante pro bono successu vocationis meæ) adscribo beneficium celeræ receptionis ad hanc domum, cum frustra curassem meam intentionem cognato meo Domno Henrico d'Horto in Cartusia Brugensi commoranti intimare. Pater quidam S. J. Joannes Canisius rem cordi accepit et quadam die cum minime cogitarem venit accersitum me in domo qua degebam cum alio patre Baverio, is missam per biennum cotidie studum Gandavi audieram, et adduxerunt ad Priorem hs domus, qui mihi ultro locum obtulit si annuerent seniores et Religiosi quos habebat consulere, gandebam igitur tam repente spe Carthusianum factum, ac cum bona gratia Heri et Heræ ex domo eorum excessi cui imminebat magna calamitas, que forte obrutus fuisse...

1606

Quidquid in posterum de domo scripturus sum fere oculatus et auritus testis adero : sed tamen cum omnes fere adhuc in vivis degant, non potero ea libertate uti, qua opus esset, nec propterea omnia sunt reticenda nam memoria paulatim et sensim deficit, nec Historia aliud est quam anima et vita memoriae. Operæ pretium duxi describere statum domus qualem inveni, ut videat posteritas eius incrementa sicut opto et voveo.

1606

Paucis diebus post supplicationem V. Sacramenti miraculosi, in festo S. Margaretæ veni ad hanc domum ad primam probationem sub habitu sæculari. Et ne ingratus sileam, B. V. Aspricollensi (ad quam peregrinatus fueram paulo ante pro bono successu vocationis meæ) adscribo beneficium celeræ receptionis ad hanc domum, cum frustra curassem meam intentionem cognato meo D. Henrico d'Horto in Cartusia Brugensi commoranti intimare, Pater quidam S. J. Joannes Canisius rem cordi accepit et quadam die cum minime cogitarem, venit accersitum me in domo in qua degebam, cum alio Patre Baverio, cuius Missam per biennum quotidie studeus Gandavi audieram, et adduxerunt ad Priorem huius domus, qui mihi ultro locum obtulit si annuerent seniores et Religiosi quos habebat consulere. Gaudebam igitur tam repente spe Cartusianum factum, ac cum bona gratia Heri et Heræ ex domo eorum discessi cui...

f° 84

a. 1606... Godefridus Hamael vicarius noster... insignem operam hic præststit in annotandis pulchro chartactere (que in arte mire excellit) Bibliorum terminationibus et punctis, in describendis etiam nonnullis officiis SS. Trinitatis Transfigurationis... »

f° 84

a. 1606: Prima Octobris die dominico in locum D. Godefridi Vicarii surrogavit V^{lis} Prior prædictum D. Joannem L'Apostole primum professum hs novæ domus et sacristam insigni corporis proceritate spectabilem et ætate florentum, qui boni sacristæ partes expleverat, et ad eum omnes consilii et solatii confluebant: officium vero sacristæ V^{lis} Prior commendavit D. Christophorus tunc Diacono et professo anter circiter sex menses propterea nimium inveni et rudi in illa re.

f° 84 :

1606 D. Joannes nactus in hac domo impressionis qualiscumque instrumenta et characters impressit aliquot recentiores officia SS. Trinitatis, Transfigurationis, hymnos et collectos ».

f° 84

Receptus fui ego f. Petrus de Wal ad osculum in festo S. Barthomomæi, nihilominus P. Prior cum Coadjutore suo D. Wenceslas adivit Dominum meum Comitem de Barlaymont, cui inservieram paucis mensibus ut haberet testimonium de me, quia a quibusdam tanquam extraneus habebar, et quia forte aliquid ab eo sperabat.

f° 84^V: « ...*Sequenti die [2 Octobr. 1606] cucullam indui...* »

f° 85

Circa adventum si bene recordor, discessit hinc Dominus Wenceslaus Plenevaulx coadjutor,
constitutus Procurator domus Sylvæ S. Martini.

f° 85^v

a.1607: Circa bacchanalia D. Christophorus Focant absolutus fuit ab oneroso officio sacristæ per P. Visitatorem, qui loco ipsiis constituit D. Ægidium Van Blitterswyck. Hoc V^{lis} Prior Gisbertus moleste tulit pro filio suo dilecto, a cuius Parentibus cellam sperabat, ut a matutinis absentaret se, quod nescio an umquam Prioratus sui primi tempore contigerit ac conquerebatur mihi dicens se possem homines ita componere et disponere sicut possis disponere tuos libros eos manu tangendo et in optiorem ordinem collocando res bene agentui. Sed quid ars artium est homines regere, et debemus talibus officia commendare qui idonei sunt ne justæ querelæ præbeant occasionem.

f ° 86

Obtinuit etiam V^{lis} Prior a senatu Populoque Bruxellensi pro ædificatione alterius cellæ notatæ littera P mille florenos, quæ est prima a septentrione, ubi erat stabulum equorum argilla et paleis a nostris constructum quod destructum fuit et 12 Maij positus fuit primarius lapis dictæ cellæ a nobilissimo et amplissimo D^{no} Dondelberge primo Consule civitatis præsentibus multis de Magistratu, qui dedit duos Philippicos cœmentariis, hæc cella primo inchoata et postrema imminente hyeme perfecta fuit.

f° 86^v

Hoc tempore initia pacis... data sunt...

Quare V^{lis} P. Prior satis opportune libellum supplicam suæ Celsitudini obtulit pro construenda cella, quod medii ad monasterium perficiendum destitueremur nisi munificentia ipsius subveniremur. Benigne S. Cels. respondit se facturam quantum re Patriæ permetterent. Primo obtinuit V^{lis} Prior sexcentos florenos. Quoniam hi non sufficiebant ad tale opus mandavit ipse P. Visitator ut ex his solvent debita domus, quod P. Prior moleste tulit et merito, non enim tali intentioni dati fuerant. Postea tamen interventu Excellentissimi Dⁿⁱ Marchionis D'Hauré pro integra celle construenda diploma obtinuit. Dicebat enim Dominus Marchio qui publicis facultatibus seu finantiis præerat, antiquis Religionibus, quæ ordinem suum servarent non minus favendum quam novis.

f° 86^v

Quidquid in posterum de domo scripturus sum fere oculatus et auritus testis adero; sed tamen cum omnes fere adhuc in vivis degant, non potero ex libertate ubi qua opus esset, nec propterea omnia sunt reticenda nam memoria paulatim et seusim deficit.

1607

In Aprili obiit D. Gerardus Moens, professus et Procurator et alias Prior domus Leodii, qui 44 annis laudabiliter vixit in ordine, habens Missam de B. M. in 7 provinciis Alemaniæ.

fº 87

1607

et D. Jacobum ibidem in vicarium et D. Wenceslaum in Procuratorem illius domus institutos a visitatoribus confirmamus.

1607

Priori Sylvæ S. Martini non fit misericordia et Visitatores examinent computa illius domus.

1607

Priori d^s Lyræ non fit misericordia. Cui commendamus administrationem bonorum Capituli generalis Cartusiæ maioris et d^s Holandiæ.

1607

Priori domus Capellæ non fit misericordia et visitetur illa domus per visitatores a R^{de} Patre nominandos, quia erat convisitator Provinciæ.

1607

Administrationem d^s Campensis et aliarum domorum destructarum committimus PP. Visitatoribus vel quibus injuxerint et declaramus fr. Joannem Commotum conversum esse et fuisse professus domus Monachorum.

1607

Domui Traiecti provideant Visitatores de Pastore idque auctoritate nostra.

(Defuncti tamen Prioris non nisi seq. anno in carta ponitur. Nullus alias fuit constitutus quia nisi supererant duo monachi, et forte laicus alter alter).

1607

Priori domus Sophiae non fit misericordia.

1607

... et fr. Henricus Con (professus d^s Bruxellensis) vadat hospitatum ad domum Gandavi.

1607

Priori d^s Lovanii non fit misericordia et visitetur domus illa per visitatores a R. P. nominandos quia erat Visitator et a sex annis non habuerat Visitationem.

fº 88

a.1607: D. Joannes L'Apostole vicarius noster exemplo forte Capituli Generalis, quod hoc anno instituit celebrari festum S. Anthelmi, tum devotione, que merito ferebatur in S. Rumoldum. Patronum patrii soli (est enim Mechliniæ natus) fecit ut celebraremus eiusdem festum prima die Julii secundum quod statuta permittunt, ut quælibet domus possit semel in anno festum Patroni Ecclesiæ suæ Cathedralis cum 12 lectionibus celebrara I part. Stat. c. Addebat V. P. Visitatorem idem velle.

fº 88

a.1607: ... Quin etiam eodem die admodum celebriter Mechliniæ festum predicti gloriosi Martyris fuit celebratum, nam cum eadem civitate Synodus Provincialis inchoata fuissest mensis Junii 26

...Nota V. P. Priorem vocatum quoque fuisse ad Synodum quamvis iurisdictioni Archiepiscopi non esset subiectus sed etiam cantior factus non comparuit.

f° 88^v

a.1607: Ad D. Joannem L'Apostole vicarium nostrum revertamur, qui quam in omnibus partibus intentus fuerit officio suo ex subiectis epistolis licebit intueri.

Copia Epistolæ Domni Joannis de Meldeman Cartusiæ professi ad D. Joannem L'Apostole Vicarium domus Bruxellensis...

Acceptis prædictis correctionibus psalmorum P. Vicarius graviter hac æstate in id opus incubuit adhibitis correctionibus Bibliorum R^{di} D. Lucæ, Archidiaconi S. Audomari, et bibliis Romæ impressis quæ accepit a Patribus Soc. post correctum psalterium adiecit et aliis libros corrigere secundum Biblia impressa et correcta iussu summorum Pontificum, libenter aliquid operis semper faciebat. Maiores litteras in homiliariis illuminavit multa, in Gradualibus annotavit ut convenienter cum novio Missalibus. Melior quidem character desideratur, sed videtur posse excusari quia tunc temporis vix erat in monasterio qui xite pingeret litteras et sollicitus fuit ne in divino officio error committeretur. Annotavit etiam Epistolas per subdiaconum cantandas, etc.

f° 91^v

2 Octobris Ego fr. Petrus de Wal natus Gandavi anno 1587 ex parentibus ducatus Luxemburgensis in hac domo D^{næ} n^{ræ} de Gratia emisi professionem sub P. Gisberto anno etatis vigesimo: Deumque supplex rego ut voluntaria oris mei beneplacita sibi faciat. Ex concessione P. Prioris et matris testamentum leve condidi atque ex bonis Patris mei p. m. legavi annua huic domui 25 florenos perpetui reditus et ciborum argenteum pro parvis hostiis reservandis, cetera pro maiori parte reliqui Matri possidenda quoniam ipsa me aluerat in studiis et sine ipsa numquam litteras humaniores didicissem nam cum Pater meus octo proles reliquisset, etiam debita et multa negotia tempore belli. Si tutoribus tradidi fuissemus non protuissem ali in studiis unde nec potui multo plura domui donare. Gandavi trienno quo ibidem habitavi expendi omnes reditus et domi pauperculæ habitabatur.

f° 93

Et D. Petrum (Lamberti) professus d^s Lovanii super annum in procuratorem d^s Monialium institutum confirmamus.

f° 96

Priori d^s Gandavi non fit misericordia et D. Laurentium (Seriant) professum d^s Lovanii super annum in vicarium institutum confirmamus.

f° 96

...et fr. Henricus professus d^s Bruxellæ revertatur ad ipsam domum suæ professionis (in qua huc usque exercet officium hortulani).

f° 96

Priori domus Brugis (Dom J. Bapt. Danielis prof. d^s Lovaniensis) ad suam magnam instantiam fit misericordia et præficimus in Priorem dictæ d^s D. Gisbertum prof. d^s Lovanii propterea a Prioratu d^s Bruxellæ absolutum. Et prior absolutus eligat sibi domum ad formam statuti. Et D. Guidonem in vicarium et D. Michaelem Procuratorem dictæ d^s per visitatores institutos confirmamus.

f° 96

et D. Melchior prof. d^s Lovanii ibidem (Luik) hospes vadat ad domum Diestensem ibique exerceat officium Procuratoris.

a.1608

Priori d^s Bruxellæ (Bauhusius) alibi (Brugge) instituto fit misericordia et præficimus in priorem dictæ domus D. Herculem propterea a Prioratu d^s Lovanii absolutum.

1601

Priori d^s Sylvæ S. Martini (D. Joannes Nanningio professus d^s Leodiensis) fit misericordia...
1608
in cuius (G. Willems) locum fuit subrogatus D. Jacobus Dionysii ibidem vicarius professus d^s Gandensis.
1608
Et D. Joannem Nevium in Procuratorem super annum institutum confirmamus (fuerat Procuratorem Monialium).
1608
et præficimus in Rectorem dictæ domus D. Guillelmum procurator d^s Lyræ (Verum fuit institutus in Priorem d^s suæ nec credo prædictam domum adiisse...

in qua domus (Lier) remansit D. Gulielmus Prior per electionem suorum Conventualium, qui erat institutus Rector Sylvæ.
1608
Priori d^s Lovanii (Hercules) alibi (Brussel) instituto fit misericordia et concedimus conventionalibus electionem novi Prioris.
(qui elegerunt D. Joannem Emmechovium Priorem Lyranæ domus...).
1608
Prori d^s Leodii alibi instituto fit misericordia.
Priori d^s Sophiæ (Steeland) alibi instituto fit misericordia et præficimus in Priorem dictæ domus D. Michaelm (Jensema) propterea a Prioratu d^s Leodii absolutum.
1608
D. Nicolaus hospes in domo Distensi revertatur ad domum Brugis suæ professionis.
1608
Ecce quanta mutatio Priorum nec sic tamen quievit Provincia, quin sequenti anno per Visitationem P.P. Commissariorum maior sequuta fuerit.
Igitur septem domus habuerunt novos Piores, duo quidem omnino absoluti, ceteri translati de una domo ad aliam: ex eis quinque erant professi domus Lovaniensis... et qui non fuit translatus D. Arnoldus Havensius Prior d^s Gandavi qui fuit sextus prior professus d^s Lovaniensi uno eodem tempore
1608
Et instituimus in Priorem dictæ d^s D. Joannem de Steelant, propterea a prioratu d^s Sophiæ absolutum.

f° 97

Prior domus Capellæ et Visitator reversus ex Cartusia ad domum suam in vigilia Pentecostes, feria secunda misit famulum cum carta ad D. Herculem Lovanium. Feria igitur quarta D. Hercules Winckelius installatus est Prior septimus domus novæ deducente eo D. Gisberto Priore absoluto et D. Vicaris et post refectorium profectus est ad domum Capellæ ut loqueretur P. Convisitatori et de omnibus gestis in Capitulo plenius in farmaretur.

f° 98^v-101

Origines Cartusianorum monasteriorum per orbem universum Aubertus Mireæus Bruxellensis, Canonicus et Scholasticus Antverpiensis eruendo publicabat atque Reverendo in Christo Patri D. Herculi Winckelis Bruxellensi eiusdem ubis Cartusiæ Priori vigilantissimo ac Teutonicæ Provinciæ visitatori diguissimo dabat, dicabat consecrabat: sic enim exorditur epistolam dedicatoriam: Non diu nec ancipiti animo deliberandum mihi fuit, vir Reverende, cui unusculum hoc meum offerrem: tibi debebatur. Argumentum specto (Tui instituti res est...

A Pater Priore nihil aliud præterquam artacream sive pastoralium accepit quamvis diceret se plures sumptus fecisse in impressione libri.

f° 101v

1609

In solemnitate S. Joseph V^{lis} Prior noster et visitator Provinciæ dimisit D. Joannem Francisci, professum domus Lovanii, hic hospitem ad domum Sylvæ S. Martini, qui satis magno fuit nobis adiutorio in confessionibus excipiendis, et sermonibus habendis ad laicos. In privatis colloquiis satis ædificativus maxime coram sæcularibus. Noverat enim exempla proferre ex Baronio et aliis autoribus, aut aliud quidpiam spirituale eructare, nam meditationi et contemplationi præ ceteris vacabat et tam stricte servabat silentium, ut quadam die... non ausus fuit furi inclamare ut eam dimitteret ne frangeret silentium. Imbecillioris fuit valetudinis et termioris vocis, quæ causa fuit ut forte dimitteretur : in discessu aliquid humani admisit. Nescio a quo persuasus creditit se futurum Vicarium et omnes ei ad nauseam congratulabantur : ipse etiam secularibus retulit se ad officium Vicariatus domus Sylvæ promotum, sed dum eo pervenit non aliud quam officium sacristæ ei fuit iniunctum, quare non cito admittamus congratulationes nisi bene certi de nostra promotione, et fututa quia incerta nobis non promittamus beata. Vidimus tamen eum, postea dicto officio in eadem domo coherestatum, et quinque aut amplius annos modeste et laudabiliter functum.

f° 103r

1609

Hoc ve tempore venerabilis patris Adificavit murum

obierunt 30 monachi, 24 conversi, 2 monales, 4 donati personas 60 inter monachos D. Severus Turbulus professus ds Neapolis alias Prior eiusdem nec non doms Papiæ et utriusque Lombardiæ visitator quisua annis tantum negotium ordini non facessisset plura spiritualia habuisset visitam hanc domum provinciam circa annum 160?. III^{mus} et R^{mus} D.D. Cardinalis Seraphinus Ordinis Singularis amicus et fautor Admidam III^{is} et R^{mus} DD Joannes Burdinus Archiepiscopus Avenionensis ordinis amicus. R^{dus} in Christo DD Sulpicius de Prato Canonicus Ecclesiæ Cathedralis S. Audomari singularis amicus car^a eiusdem loci habens missam de B. M. in 7 Provincijs. R^{dus} ac Nobilis D. Franciscus Gallart Canonicus Sedis Terraconensis benefactor ds Scalæ-Dei. Egregius dns Stephanus Ferrerius Doctor Theologus Prior et fundator Congregationis Nostræ Dominæ de Gratia in Provincia

Seculares

Ser^{mus} Princeps Ferdinandus magnus Etruriæ Dux, æ tatae et laboribus cui filius habens in uxorem Magdalenam Austriacam. III^{is} comes D. Octavius Bellus Ordinis specialis amicus.

Consultissimus D. Petrus Garavius a S^{da} Juris utriusque doctor et consiliarius Regis Catholici benefactor Maioris Car^a

Nobilis dns Joannes Pithan civis patritius Franckfurdiensis singularis amicus et benefactor ds Herbipolensis.

Honestus vir Joannes Le Clerc civis Novioniensis benefactor Car^a eiusdem Novioni. Nobilis dna Anna Maria Estenbergm a frietum uxor III^{is} dni Andrææ Hannewaldi primarij consilirij imperatoris magna benefactor ordinis et maximus donorum Ratisbonensis et Molshemensis.

Nobilis dna Isabella de Monte...olis ordinis benefactrix.

Honesta milier Maria Nonallas benefactrix domus Aulæ-dei.

Primum hoc anno 1609 ... est missa de B. Maria in conventu dicenia pro SSimo et Rmo DD Franciscus Cardinale de Sourdis Burdegalensi Archiepiscopo et Aquitaniæ Pripate speciali benefactore et promotore novæ Caræ (de Beatissima Dei Genitrice Maria nuncupatae) prope dictam civitatem Burdegalensi

Ordinatio Provinciæ

Priori domus Lyræ (D. Guilielmus Willems) à R^{do} Patre Car^a super annum instituto non fit mia.

Priorem domus Sylvæ S. Martini autoritate R^{di} Patris a visitatoribus super annum institutum confirmamus. Is erat D. Jacobus Dionysius sed quia erat tantum Rector à visitatoribus institutus remansit in eodem gradū.

Priori ds Diestensis non fit mia. et fr Joannes Commotius conversus prof. ds Arnemæ eat ad domum Coloniæ

Priori ds S. Sophiæ non fit mia. Et d. Simonem professum Leodij ibidem in Procuratorem institutum confirmamus

Fr Cæsare
D. Senerus Turbulus
valde laudarum in
Sacra Neapoli
tanquam instauror
cartusiæ ibidem cui
præreat A° 1480
quando subscrispit
nono B..... sub
Bernardo Carasso
Edito

D. Joannem d Emmechoven professum ds Lovanij à Conventualibus dictæ domus super annum in Priorem electum confirmamus.

Priori domus Schenæ Anglorum non fit mia ; Et hortamur Conventuales dictæ domus ut se stabilient, et reverentius erga suum superiorem se gerant. Prior præsens aderat Capitulo ; nec fuit audita altera pars quæ brevi post prævaluuit.

Et visitatur dicta Provincia per Visitatores Provinciæ Picardiæ cum plena authoritate Capituli Generalis etiam absolvendi et restituendi Piores et officiales quoscumque. Hunc additionem approbamus frater Bruno Prior Car^æ.

Sed quæ gravis fuit P. P. Visitatoribus, quorum neuter ad Capitulum ascenderat et dicebat P. Hercules istos commissarios esse pontifices huius anni quorum etiam auctoritatem expertus est. Dominus Baptista Danielis professus Lovanij qui fuerat absolutus a prioratu domus Brugensis præterito anno dieb^e iactabat se illos impetrasse, quæ qualiscumque caussa fuerit eos mittendi certum est necessarios valde fuisse negotijs prædictæ domus Brugensis nam dominus Gisbertus prior tunc Brugis sollicitaverat apud suam celsitudinem tota fere hyeme pro habendo monasterio S. Auberti, a quo episcopus Carolus-Philippus de Roduan amoverat moniales non bonæ famæ.

post multas sollicitationes non aliter impetravit, quam ut vicissim cæderet domum quam tunc incolebant cartusiani, quibusdam monialibus Ordinis Sancti Francisci, quas Ser^{ma} Infans omnino volebat esse provisas ; obstupuit bonus Pater ad hoc responsum sciens non (nihil enim minus cogitaverat quam hanc permutationem) et sciens se inde non accipere satis magnum et evidens emolumento prout aiebat ipsem ; hoc nihil esse. redditus qui vices agebat Præsidis dari quod ipse patebat scilicet locum commodum pro ædificanda domo sui instituti et + qualem petebant exponebat solitariae vitæ ævum convenie, poteratque locum dilatare sicut postea fecerunt successores suadere ut acceptaret gratiam Principis sed cautior factus negotium retulit ad Patrem Visitatorem ; qui statim incœpit ei indignari, quasi pro emolumento, damnum in retulisset domui ex suis sollicitationibus, cum aliqua exprobatione aiens : parturiunt montes prodij rediculus mus ; et afflito afflictionem addebat (paterna aliqua authoritate) quod discursando nomen sibi facere gauderet : respondit humiliter rem eo non esse deductam à qua non posset resilire, tantum et posse se renunciare donationi, tantum iacturam se facturum expensarumque negotium suscepisse Episcopo Brugensi favente et ipso P. Visitatore consentiente qui illum eo miserat ad istam domum promovendam, et a biennio ordinatum fuerat ut visitatores attenderent habitationi dictæ domus quæ se angustior deprehenderetur quam ut sufficient construendo monasterio ordinis nostri voluit Capitulum Religiosos alio dimitti. Ut satisfaceret officio suo P. Visitator cum suo collega Brugas profectus est, quamvis apud se conclusisset non dimittere domum, quam ipsem Brugis existens Prior emerat et ius hospitalitatis quod habebat in sepulchro de Hierusalem

satis scrupulose vendiderat ; remque totam retulit ad Reverendum Patrem qui prolixas epistolas dedit ad P. Gisbertum Priorem Brugensem se multum iudicio et prudentiae P. Herculis tribuere atque exhortari de multis quae non cogitaverat Quicquid agant homines Intentio iudicat omnes

Puto intentionem P. Gisberti bonam fuisse quia spiritualis vir erat qui noverat cor sursum dirigere. Quamvis generoso sat animo sed religioso praeditum sciam ; et qui sub Dei auspiciis incœpit, etiam ipso auxiliante ad optatum finem pervenit ut postea patebit. Urgebatur interim ad resolvendum utrum acceptaret monasterium vel non ; quare cum essent Commissaris deputati ad visitandam Provinciam supplicavit pro spatio maiori ad deliberandum, qui non impetravit nisi sex septimanas, Quare accelerandi fuerunt dicti Commissari, qui venerunt circa principium Augusti. Hæc in longum describere volui ut ostendam si Generale Cap(itu)lum et visitationes decenter fiant nihil æquius aptiusque ad conservationem ordinis exagitare posse. Ubi personarum acceptio locum non habet, nec affectionibus magis quam ratione reguntur negotia, nec optata responsio juste potentibus denegatur nec negotia dimituntur intacta. Et ut sitis memores laboris et patientiae Patrum nostrorum. Sunt aliqui superiores qui gaudent ingloriosos habere subditos, nec quidquam audere permittunt ; et maxime ex instituto nostro id facere putant, quo silere et latere præcipimus ; et tamen S. P. N. Bruno avium axillas in oblatione abscindere penitus ex lege noluit. Et B. Ægidius de Roya Cisterciensis Doctor qui Brugis n pace quievit et post obitum gloriosus Adriano Dunensi Monacho apparuit, eique varia cælestis sapientiae documenta dedit, inter cetera hoc illud est : Ut inglorius degas non consulo, sed ne gloriæ studium virtuti præferas, admoneo : nam impossibile est sole ferventecorpus umbram non reddere : nec radiante virtute gloriam Deo non parere. Quiquis ergo veram gloriam tollit, virtutem ipsam sustulerit necesse est : qua sublata erelinquitur homini vita brutis simillima.

Primordia suas semper difficultates inveniunt, sed illa fuit maior quam universalis Ordo sustinuit his proximis annis unde sequitur in carta.

.... Le prieur actuel était présent au Chapitre. On n'écoula pas l'autre partie qui peu après domina.

Et que la dite Province soit visitée par les Visiteurs de la Province de Picardie avec pleine autorité du chapitre général aussi bien pour déposer que pour nommer les prieurs et tous les officiers. Nous, frère Bruno, prieur de Chartreuse, confirmons cette addition.

Mais celle-ci fut grave pour les visiteurs, dont aucun n'était descendu au chapitre et le père Hercule disait que ces Commissaires étaient les grands prêtres de cette année, de l'autorité desquels il avait fait l'expérience. Dom Baptiste Daniels, profès de Louvain, qui fut déposé du priorat de la maison de Bruges l'année passée, se vantait de les avoir gagnés à sa cause. Quelle que fût la cause de les envoyer, ce qui est certain c'est qu'ils étaient bien nécessaires pour les affaires de la dite maison de Bruges, car Dom Gisbert, à ce moment prieur de Bruges, abait sollicité auprès de son excellence (? ? ?) pendant presque tout l'hiver pour obtenir le couvent de S. Aubert, dont l'évêque Charles-Philippe de Roduan avait fait partir les moniales, dont la renommée n'était pas bonne. Après de nombreuses sollicitations il n'a rien obtenu, sauf qu'il accorda à son tour la maison que les chartreux habitaient alors, aux quelques moniales de l'ordre de Saint François, que la très seraine Infante voulut à tout prix voir bien pourvues ; le bon père fut stupéfait par cette réponse (il n'avait en effet rien pensé de moins que (d'obtenir) cette permutation), sachant que de là il n'avait pas à attendre ni quelque chose d'important, ni un appui clair, ainsi qu'il disait lui-même : 'Ce n'est rien.' Il rendit à celui qui occupait la charge de président, que soit donné ce que lui-même demandait, c.-à-d. une place convenable pour construire une maison de son institut et il expliquait quel genre de vie solitaire convenait (?) et il pouvait agrandir le lieu, comme ont fait par après ses successeurs et persuader qu'on acceptât la bienveillance du Prince. Mais devenu plus prudent, il remit cette affaire entre les mains du Père Visiteur, qui commença immédiatement par se fâcher, comme s'il avait, dans son propre intérêt, causé des dommages à sa maison par ses sollicitations. Et il disait avec une certaine indignation : 'les montagnes accouchent, une souris ridicule est née'. Et il ajoutait de l'affliction si cet homme affligé (avec une certaine autorité paternelle) en disant qu'il aimeraït s'acquérir une certaine réputation en discourant ça et là, il répondit humblement que cette affaire était allée si loin qu'il ne pouvait plus la laisser tomber : il pouvait renoncer à ce don (il perdait seulement ses dépenses) et il pouvait prendre sur soi cette affaire avec le consentement de l'Évêque de Bruges et du Père Visiteur qui l'avait envoyé dans cette maison pour la faire avancer. Et depuis deux ans il était prévu que les Visiteurs s'appliquent à une habitation de cette maison (? ? ?) qui soit trouvée plusz étroite (? ? ?) que comme convenable en construisant un monastère de notre ordre. Le chapitre voulut envoyer les religieux ailleurs. Pour acquitter son office, le père Visiteur, avec son collègue, partit pour Bruges, quoiqu'il eût déjà décidé en lui-même de ne pas abandonner la maison, que le prieur actuel de Bruges lui-même avait achetée, qui avait assez honnêtement vendu le droit d'hospitalité dans (l'église du) tombeau de Jérusalem.

Il remit toute l'affaire entre les mains du révérend Père qui donna de longues lettres au Père Gisbert, prieur de Bruges, (dans lesquelles il disait qu') il avait une grande confiance dans le jugement et la prudence de Dom Hercule et dans lesquelles il l'exhorta à bien de choses auxquelles il n'avait pas pensé : « Quoi que fassent les hommes, c'est l'intention qui compte. » Je crois que l'intention du père Gisbert fut bonne car il était un homme religieux qui sut diriger son cœur vers les choses d'en haut (quoique (?) je le connaisse comme un homme très généreux, mais surtout religieux) et qui commença (son travail) avec l'aide de Dieu ; aussi avec l'aide de Dieu il arriva à la fin désirée, comme il sera clair plus tard. Entretemps les Commissaires étaient envoyés pour visiter la Province, il demanda avec

insistance un plus grand laps de temps pour décider ; il ne l'obtint pas, sinon six semaines puisque lesdits commissaires furent plus vite ici, arrivant vers le début d'août.

J'aimerais décrire cela en long et en large pour montrer que si le chapitre général et les visites se font décemment, il n'y a rien de plus avantageux et de plus apte pour pouvoir stimuler la conservation de l'Ordre. Là il n'y a pas d'acceptation de personne, là les affaires sont gouvernées plus par la raison que par les sentiments, là la réponse désirée n'est pas refusée à ceux qui la demandent de droit, là on ne renvoie pas les affaires sans solution. Et afin que vous vous rappeliez le travail et la patience de nos Pères.

Il y a des supérieurs qui se réjouissent d'avoir des sujets sans gloire et qui ne permettent pas qu'ils osent faire quelque chose. Et ils pensent qu'ils agissent ainsi le plus dans l'esprit de notre Institut par lequel nous sommes tenus à nous taire et à vivre cachés. Et pourtant notre saint Père Bruno ne voulait pas par une loi couper les ailes des oiseaux lors de l'oblation. Et le bienheureux Egide de Roya, cistercien, docteur, qui repose en paix à Bruges et qui après sa mort apparut en toute gloire au moine Adrien des Dunes et lui donna divers documents de la science céleste, parmi lesquels celui-ci : Je ne donne pas de conseil pour le poser sans éclat (à côté de toi), mais je t'exhorter pour que tu ne préfères pas l'application à la gloire à la vertu ; car il est impossible qu'un corps ne jette pas d'ombre lorsque le soleil brille ; ni que la gloire ne se montre pas à Dieu si la vertu rayonne. Tous ceux donc qui enlèvent la véritable gloire doivent nécessairement enlever la vertu même : lorsque celle-ci est enlevée, la vie est laissée à l'homme comme très ressemblante à celle des bêtes. Les débuts trouvent toujours leurs difficultés, mais celle-ci fut plus grande que tout l'Ordre eut à soutenir pendant les années à venir comme il suit dans la carte.

? ? ? ?mam 1258, 40 sobidorum Et sic est distributa Provincia Teuthoniae Regressi sunt tres Priores feria 5 post Pentecosten, in qua solemnitate primum usi sumus antependio et casula ex holoserico rubio in quibus apposita sunt insignia datoris Gasparis Ruffin, suntque Phrigio opere picti tres Reges qui offerunt dona Chr(ist)o D(omi)no. Curavit paucis post diebus Pater fieri casulas pro quotidiano usu ex corti rudi materia, quæ fuerunt in usu eosque ad annum 1635 et postea donata Bogardis Spoliatis circa Thenas.

Ut redeamus ad statum patriæ vix inquit Laurentius Beyerlinck præconis judiciarum pacta denuntiatis vox infonuerat, cum pristinus animor candor redire cœpit, mutua etiam littoa urbesque frequentari, sic ut ad unam Antverpiam trimestri spatio supra LX Accolarum millia ex coccinis regionibus confluxerent tanquam se in ea universi orbis Conventus habendus fuisse. EEtiam atria aulæ Bruxellensis in singulos dies conferta vidisset Hollandis, quorum aliqui ingenue fatebantur se huc alea id caussa non venisse nisi ut Ser^{mos} Principes proprijs oculis intueri liceret. Super erat Ultraiecti Religiosus ord(in)is nostri D. Cornelius Eeckhaut gaudens titulo Procuratoris, qui ex bonis domus suæ annum stipendum accipiebat a Magistratu dum atque suos amicos et afines hic suos confratres revisit, et cum inter esset matutinis apud nos tam exactè centabat lectionem et Responsorium aliisque cæremonias observabar ac unus alias qui quotidie chorum frequentat mirabamur tenacem ipsius memoriam, ut ne quidem negligenter amungere candelam post lectam lectionem, narrabat se in domo Capellæ Novicium fuisse sed propter bella emissum, atque in domo Coloniensi professionem fecisse pro domo Ultraiectina. Hic post decem annos certa de caussa ad nostras partestamsijt collocatusque fuit in Domo Diestensi cui et aliquam peamiam adulit, multas eo denetior in missis celebrandes et in reliquo divino officio nullus eo in victu sob rius magis pertibebatur, ibique dormitionem tandem accepit.

Ules Prior nostri et Visitator Provinciæ, cui committitur per chartam capituli cura domorum destructarum cum raso (ni fallor) in Hollandiam se contulit sed non ita dissimulato habitu quin ab omnibus pro Monacho agnosceretur.

Circa hæc tempora venerunt ad hanc civitatem peragrata tam bona Europei orbis parte optimates Regis Persarum in propriis habitu visebantur atque ab Archiducibus excipiuntur et muneribus excoluntur, spectarunque à domo Principis de Ligne supplicationem solemnem ?is sacramenti miraculosi, sed nihil corum ad suos referre potuerunt, siquidem in reditu dicuntur a Piratis occisi

legati Perfici

Drie prioren kwamen terug op vrijdag van Pinksteren ; bij die plechtigheid gebruikten we voor het eerst een antependium en een kazuifel uit rood stof waarin aangebracht waren de wapens van de donor Gaspard Ruffin. En de Drie Koningen zijn geschilderd op zijn Phrygisch, die hun gaven brengen aan Christus, de Heer Pater Prior zorgde ervoor dat na enkele deze kazuifels gemaakt werden voor degelijk gebruik uit ruwe stof die gebruikt werden in 1635 en dan geschoken werden aan de Bogaarden die geplunderd waren rond ...

Post inducias ne Hispani et Itali milites rusticis gravieres essent per arces et præsidia distributi sunt, et in eorum commoditatem quibusdam in locis ut in arcibus Antverpiensi et gandavensi oppidoque Traiectensi Lyrensique domicilia extucta.

Verùm in Gallia mense sextili intermissum diu classicum iussu Regis pulsari iterum cæptum, iussusque miles in certum diem adesse, machinas ad arduam expeditionem aptare, centuriones ducesque in promptu esse, hinc variæ cogitationes finitimorum Principum animos diversa agitantes commonebat, in quam tandem regionem ea belli moles dirivania esset dum alias in Cliviam, cuius imperium sibi vendicabant hinc Leopoldus Archdux Austriae, illius Brandenburgiens: alias in Artesiam coniectanio magis quam desiniendo censeret. Brabantiae Dux Albertus Joannem Richardotum intimi senatus Præsidem ad Regem paulò anté miserat cum quo dum multa semotis arbitris frequenter miscuisset, et redditum maturaret Atrebati in itinere 3 7bbris extinctus est et am eo unà quidquid arcani regij sermonis pectore » recondiderat, nisi quod potissima quedam capita denuntiari suo Princi insisset cuius extremo colloquie se per mortis ingruentis violentiam prohiberi non mediocriter tolebat. Quantus verò vir ille fuerit, vel inde æstimandum, quod Gallicanæ et Britanniæ paci ac Belgicis Inducijs facialis interfuerit, nihilque eo superstite in Belgio serium et felix gestum sit quod non præsidio Richardote ductum directumque. Cadaver Bruxellas translatum in sacello Ven. Sacramenti ijn D. Gudulæ conditum. occurrit et illud menti quod tunc temporis audivi Regem Galliæ dixisse ; ideò Deum Præsidem è vivis rapuisse quod dignior esset cælo priam terra.

14 Septembbris moritur Reverendissimus Episcopus Gandensis Petrus Damantius qui me suscepit ex sacro fonte, et à quo nomen sortitus sum cui etiam dedicavit P. Arnoldus Havensius librum de erectione Episcopatum in Belgio, verum antequam liber è prelo exisset morte præventus est, quare Haeredes et Capitulum S. Joannes Cathedralis Ecclesiæ auctorem remunerati sunt.

Vita pariter et Episcopatu Ruremundensi defungitur sub exitum huius mensis Reverendissimus Domnus Henricus Cuyckius, cuius vitam ipse adhuc vivente et invito descripsit Pr Arnoldus Hanvensius in prædicto libro de erectione Episcopatum. Hic Reverendissimus Episcopus elevavit esse sancti viri doctorisque extatici Dionisij Cartusiani, atque pro suis meritis in ordinem fuit. Specialiter in evarthe Capituli commendatus fama ferebatur Marchionem Haverium vita quæ defunctum at certe vitæ muneribus, nam in quandam plrenesim aut maniam incidens non fuit amplius tyempos sui, quare ab officio publica quod gerebat in finantijs amotus iussu uxoris in Lotharingiam abductus est cebi ipsa solebatmorari (? ? ?)

X
D.O.M.S
Petrus Damant ex
Præposite
Ultraiectensi et huius
Ecclesiæ Decano III
Gandavensi Episcopus
Hic situs est, defunctu
A° Chrti MDCIX æta-
tis suæ LXXIX
sessionis vero
XIX ? ? ?abi, benè
precone et pro pij
Præsulis navitas
Deum redania
objt Rmus Cuyckens
Nonis Novembbris am
mmagnno Belgij
dol ? ? ?

1609

et hæc quidam habitationis separatio caussa fuit morbi Marchionis seu à Deo cor ? ? pimus ut non cum hoc mente damnemur nam et ante mortem pristinos sensus recepit et piè et catholicè Ecclesiæ sacramentis minitus obijt prout retulit Priori huius ds de Emmechovio Nobilis illius Domesticus. Dux autem Archottanus gener ipsius successit in officium nec tantum caput finantiam sed et supremus Aulæ Archiducalis æconomus factus est.

Gandenses quidem et Ruræmunientes sui Præsulis, Belgas omnes sui Præsides sed valentiam et totum ordinem Cartusianum incredibili dolore affecit Andreæ Capellæ Urgellensis Antistitis funus de quo sic scripsit mihi D. Bernardus Gort Prior Ultolisiponensi fuit comprosessus meus ex domo fr. Scalæ Dei Provinciæ Cataloniae vir certè exprimius, consummatus Theologus, virtutibus exprnatus ac præcipuè dono erationis mentalis mirum in modum insignitus. Venit ad nos ex familia Societ. Jesu anno 1569. fuit primo Prior Portæ Cœli, deinde domus de Paulari, postmodum Neapolis, deinceps Medialani et visitator Provinciæ Lombardiæ : novissimè autem anna 1584 domus nostræ Scalæ Dei Cui tunc commisit Sermus Dns nr Rex Philippus Hispani ? ? 2, visitationem quarundam Abbatiarum Ordinis Sti Benedicti, et Sti Augustini Regularium Canonico in Principatu Cataloniae, qua expleta creavit illum Ep(iscop)um Urgellensem anno 1587 et rexit illam Ecclesiam usque ad diem 22 7bris Anni 1609 in quo ob ijt octogenarius et fuitque magnus benefactor Car(tusi)æ Maioris Aræ Christi, in præfatæ Scalæ Dei et meritò habuit plen. monach.

Non fuit tantum pietate et meritis clarus sed et scriptis ac doctrina illustris scripsit siquidem in Jeremiam Prophetam, item meditationes succi plenas in Evangelia ex quibus Concionatores copiosam materiam pro suis concinnandis sermonibus hauriunt ut de se ingenue nobis fassus est R. P. Joannes Van Haut celebrio concionator Soc. Jesu in hac urbe. Scripsit et manuale Exercitiorum spiritualium pro vitijs extirpandis et virtutibus acquirendis quod et Galliæ translatum habui. Vide Bibliothecam Cartusianam, quæ hoc anno prodit in lucem studio et labore D. Theodori Petrei Car(tusi)æ Coloniensi alumni.

Obiit eiusdem mensis 29 Egregius vir Didacus à Villa nova domus de Aniago Singularis benefactor qui habuit Am. perp.

Circa medium 7^{bris} Patres Soc. Jesu procurarunt dedicari **sacellum** ab III^{mo} Nuntio Apliæ Guidone Buntinol sacellum, quod cum alijs ædificiis contiguis ædificare cæperant Anno 1606, cum sunt usque Sacra muni ? obiessunt in sacello hospitalis S. Christophori quod est è regione.

Nostri etiam Cartusini Lyræ curarunt suum oratorium dedicari per R(everen)dum E(pisco)pum Antverpiensem ubi divinum peragunt officium nam formalem Ecclesiam necdum habent, ad quam solemnitatem ivit Venerabilis P. Hercules Visitator et Prior noster qui me Mechlinia duxit ad suscipiendum ordinem subdiaconatus ubi P.P. Commissariis locutus est

Rmus DD. Andræci à Capela Epus Urgellensis ord. Cart. meritur

Erexit quoddam collegium Pairib. Soc. Jesu circa mentes, Pyrrenæos in quo multa millia aureo ? ? consumpsit

Composuit cum esset Epus duo volumina sermonum pro paratu suæ diæcessis idiomas catalano, quæ tijpi mandavit

1609

Circa Calendas Novemboris Visitata est hæc domus per P. P. Commissariis deputatos, à Rdo Patre in ultimo Capitulo Generali videlicet d. Petrum Serval

Priorem Montis-Dei et D. Martinum Bleneau Priorem Noviomii ordinavit visitatores Picardie, qui tunc non scripserunt cartam, sed reservaverunt suam potestatem usque ad sequens capitulum, sed multus ordinationes fecerunt quæ fuerunt omnium optimè servatæ, et consuetudinum huius domus quasi fundamentales, nam quamvis aliquæ fuerint revocatæ, redierunt nihilanus spatio temporis ad pristinum usum, quare non gravabor hunc referre

Ordinationes factæ in Visitatione Anni 1609

1. Quocunque tempore pulsetur diebus ferialibus ad Primam hora 6a matutinus
2. Juniores profissi accedant lucernas Patrum sub finem Collectarum matutinalium et non hebdomadarius, Expectat saltem finem collectarum iuxta monitronæ cuiusdam Prioris. Et non ferat Hebdomadarius librum ab cono choro ad alium diebus sabbatinis.
3. Accedentur saltem duo tortitia diebus solennibus ad elevationem sancti sacramenti on Conventuali missa.
4. Non communicant Religiosi cum fratribus laicis , sed separatim
5. Et quando thurificatur in missa Conventuali circa offertorium debet diaconus incipere thurificationem à piscina, et quando thurificat sacerdos super calicem debet hostiam cooperire partena.
6. Diebus minutronem non debet pulsari ad completorium ante sextam, et in illis diebus non sunt vigiliae.

Claudantur libri chori durante thurificatione dceibus solemnibus ad vesperas Servetur consuetudo de Tricenario singularis persolvendo pro professis domus ultra ordinarium:

Sacerdos Hebdomadarius in sollennitatibus ante benedicamus dmo eat ad gradum altaris ibidemque se signet et inclinet cum conventu nec intret vestiarium nisi cantu

In Capitulo ad Prætiosa solus sacerdos aperiat caput et non totus conventus iuxta diffinitionem cartusiæ

Sacerdos induens cucullam Ecclesiasticam non exuat propriam prout in Cartusia

Non signet sacerdos communicantes nec dicat pax recum.

Non differatur communio Generalis nec anticipetur propter ???resn festum quamquamvis solemne sicut diffinitum est in Cartusiæ A° 1607

Sacerdos teneat manibus mappulam quando sedat in cathedra et non ponat super casulam.

Non dicatui in collecta (omnipotens ædicator) post omnia loca nostra et civitatem hanc iuxta diffinitionem Cartusiæ.

Dicatur in Collecta Deus cui proprium est, et earum p??? dimitte non eorum ut diffinitum est in Cartusia

Annotations
ante et post sotebat
fieri pulsus Primæ in
æstate horam

P. Serval proprio motu
prohibuit sub ipsa
communione laicis ne
communicarum cum
religiosis se separatum
habeat ut tot accedant
quot mmarsu
capare ? ? ?
intelligendum est de
personis eiusdam
status

addidit sequens
visitatio ut in fine
matutinam sacerdos
chorum non egrediatur
donec per ave cum
conventu persolvenus
et se signaverit
Hoc non fuit
observatum usque ad
tempora D. Brunonis
et Prior incipiendo
de profundis donec
dicatur Pr nr et tunc
sacerdos deponit
caputinem

1609

In cæna dni sedeant Monachi ad mensam Prioris ipso præsente, nec surgat conventus quoties incipitur homilia à lector reectorij sed maneat sedens nudato capite lector Refectorij non intrat Refectorium donec ad optium à Præsidente pulsetur, nec faciat pausam cum datur signum pro portione adferenda seu scutallis amonendis

Gaudeat Lector Refectorij ientaculo post missam ut in alijs Provincijs Notatus ex Sylvio et Basseo Lector ?t sumume ientaculum etiam in die ieunisquia illud est inchoatis quædam prandij, et illa interpositio temporis fit ex iusta causa ne vires debilitentur.

Habeant Monachi Singulis diebus in Adventu et quadragesima medium pintam bonæ cervisiae.

Claudatur muro porta quæ est in parvo ambitu qua itur ad domum mulierum spaciamentoram tempore Monachi nunquam veniant ad aream anteriorem sed simul maneant in horto sub oculis Præsidentis, et dum foras temporeminutionem egrediuntur non ferant galeros.

Monachi è refectorio non deferant ad cellas suas

Prohibemus ne Conventus ascendat ad Doxale ullo tempore sine Rogationum Sine octavarum S.S. Sacramenti ad quidquam cavendum cum hoc non conveniat professione nostræ

Non extinguat sacrista lampadem nisi inchoata pro Benedictus Antiphonia in tridua ante Paschà.

Dicatur Dominis Diebus in cappitulo sic dicendo : occurunt hac hebdomada tot Anniversaria ut in 1 part Stat. cap. 37 § 1

Navicula thuris ad Magnif. et Benedict. non referatur à P. Priore sed à ministro Litaniæ ab ultimo professo cantentur.

Diebus festis in processione cantentur hymni

Conventus pulsatam sextam diebus abstinentiarum veniat ad ostiumcellæ Prioris, et vicarius petat ab eo gratiam pro Monachis.

Prohibemus Priori ne quid immutet in ædificijs factis à defuncto V. P. Petro Leone

fratres non debant ingredi culinam pro pitantijs suis sed petant necessaria ad fenestram.

In solemnitatibus detur bona cervisia fratribus in prandio et ccœna

Accend&antur quatuor cerei in solemnitatibus.

Accendatur intortium ab ultimo quando communicat Diaconus.

Actum in visitatione ds Bruxellensis die 7 Novembbris Anno 1609 per nos subsignatos ut facerunt fr Petrus Serval humilis Prior Montis Dei

fr Martinus

Bleneau humilis Prior ds Noviom

Sequens Capitulum Generale Anni V. 1610 ordinationes taliter confirmavit Ordinationes et Animadversiones pro observantia statutotum in singulis domibus Teuthonie per Patres Commissarios in actu visitationis facetus confirmamus est

qui hoc ordinavit
licenter postea
revocasse(?)
in dicto loco fenestra
posita est quæ hbt S.
Hugonem prima pars
ordinationis utilissima
est propter accessum
secularus ad hanc
domum

Satis decebat nec ferro
galeros ut habitus
actioni responderet
Non est nobis etiam
opportunum.

iam nominatim
pronuntian-tur in
Colloquis : Solebant
tantum benefactores et
personas huius ds
legere in proprio
calendario

Litaniæ cantabantur
ab hebdomada-rio
cantore qui tunc ettit
P. Vicarius antea
separatim singulis

petebatur gratia quod
emi ? ? ? Præsidenti
tunc ? ? ? pulsaretur
ad ostium, sed etiam
abstinentia eodetur
omnino sublata per
istam ordinationum
acceperunt et verum
quod ad nos
præcipuas

solemnitates
Reliquiarum et ubi
non erat servus tantum
duæ candelæ
accrdeabantur ad
matutinas propter
paupertatem domus
tunc ? ? ? ?

Opportuna fuit Visitatio huic domui, nam commissarij oculis ipsi suis conspexerunt quid arguerent et punirent sed silentio præterire magis consultum est tantum miranda venit cæcitas peccatoris, quem ex præsentia tantorum Patrum tantum periculum à facinore deterrere nequiverit sic deus permittit ut pta in lucem veniant et arguantur et prætor saluetur : quæ res magnum pondus attulit ad absolutionem ipsius Prioris.

In festo omnium sanctorum V(enerabi)lis P. Petrus Serval Picardiæ Visitator et commissarius conventualem missam cantavit ea gravitate et causum quem prout talem personam decebat.

In eodem festo sub finem vesterarum d. Agidius sacrista summum altare vestivit ornamenti nigris pro vesperis agendæ defunctorum sicut fit in plerisque collegiatis Ecclesijs hinc tractius conventus Placebo persolvit decantat et seculares maiori devotione afficiuntur proit notabiliter observatum fuit.

Patres Commissarij hinc recedentes ad domum Capellæ se contulerunt Et in ipso Visitationi actu d. Adrianum Dorpium Priorem et convisitatorem absolverunt, dederuntque Conventualibus electionem, ad quam ut ritè et sacri statuta se præpararent intereà domum Sylvæ S. Martini adierunt ibij similiter fecerunt misericordiam d. Jacobo Denijs (qui fuit postea visitator) quem remiserunt ad domum professionis suæ, ut ibide'm fungeretur officio vicarij qui magis studio litterarum et quiete gaudebat, quam cura et sollicitus sine temporalium, præficiuntque dictæ domui D. Lævinum Jagere Procuratorem Gandensem virum œconomum et in exterioribus his exercitatum prout necessitas domus requirebat destructa ædificijs etr censu pauper quam etiam in multis reparavit ac novos milites conscripsit, et nunc adhuc perseverat in officio Prioris sed nūne Gandavi. Repetentes Patres commissarij domum Capellæ non concordarunt professi in electione Prioris quare institutum Rectorem d. Robertum qui erat vicarius, et Priorem absolutum fungiubent officio vicarij in quo officio obijt. Nec adhuc finis nam D. Joannem de Steelant Priorem ds Leodiensis ad se vocatum pariter absolvunt, et ad simile officium vicariatus exercendum in domum Diestensem remittant. in hoc Patre Verificatum est ad litteram dictum Dni Salvatoris n(ost)ri. Sptus quidem promptus est caro autem infirma nam licet repetita prostratione in Cap(itu)lo Generali à Rdo Patre misericordiam petisset iam obtenta visus est in hac domo nonnihil corpore lanquescere vix sesquiannum illi domui (quæ inter huius Provinciæ domos facile primas tenet) præfuerat, studueratque de omnibud bonè merei atqueincunctantes necessaria postulantibus administrari, propterea à pluribus amatus, eius absolutionis caussam in N. professum ds Sophiæ quem receperat ad ordinem reiscentibus, quem P. Serval recenter miserat Leodium melius in exercitijs ordinis instruendum et

optima institutio F.
Lævius Jagere in
Priorem Sijlvæ S.
Martini qui doctu
mdomum in multis
reparavit ac de
inc ? ? ? providit

domum Liranam Priorem etiam D. Michaelem Jensemà ab oofficio Prioratus absolvit qui opera Episcopi Buscodensis ea de re qærelas depositus apud sedem apostolicam sed durum est contra stimulum recalctrare certe quibusdam videbatur nimis facilis ad absolvendum officiales maxime quod non repererintur ipsis multo aptiores antequam tamen hæ quærelæ sibi innotescerent protestatus est prædictum Domnum de Steelant sub discessum ex hac Provincia se nihil in visitatione domorum egisse contra dictamen suæ conscientiæ, nam ut ait D. Benedictus in Regula sua : sciat Abbas culpæ Pastoris incumbere quidquid in ovibus suis Chr(ist)us minus utilitatis poterit invenire : et ipse Christus in Evangelio serve nequam quare non dedisti pecuniam meam ad mensam ut ego veniens cum usuris exegisset eam ? Id est deposuisses ad altare quod ferre non poteras, dum enim ignavus negotiator denarium tenes alterius locum qui pecuniam dupicare poterat occupasti. Adijciebat etiam P. Serval pro consolatione Domni Steelant, sibi in animo esse absolutionem ab officiis petere a Reverendo Patre, quod etiam post paucos annos fecit, pro et admonet D. Bernardus : Martha semper insufficiens sibi et minus donea videatur, aliisque magis id operis quod administrat optet imponi significans officiales semper aspirare debere ad quietem et vitam contemplativam Mariæ, quæ procul dubio melior est et Deo Gratior. Et ut certior fieret eius vocatio. Voluit Deus eum abscondere in abscondito faciei suæ à conturbatione hominum, Præfecerunt autem domui Leodiensi D. Joannem Brial, professum maioris Cartusiæ, quem ante ingressum Ordinis vidi Capellatum in Sancta Cruce Leodii, et functus fuerat officio sacristæ in Cartusiæ domo satisque religiose ibidem conversatus fuerat preteritoque anno amandatus fuerat ad officium Vicariatus in domo Tornacensi, ut vicinus esset et ad manum pro hac occasione ut suspicor, ita ut aliquibus intrusus videretur, sed Patribus Commissariis non videbantur conventuales concordes futuri in electione alicuius saltem illo aptioris et revera domusœconomie satis rexit atque personis non paucis conuentum auxit.

Habuitque sibi in sensos religiosos sed qui non prævaluerunt dixerat etiam tandem debuit absolv ere cum illo loco cessisset : et quando superiores contemnuntur res esse debet suspecta ne quid lateat nam sæpe est aliquæ Dei punitio secundum illud effusa est contemptio super principes et errare fecit eos in invio et non in via.

Patres Commissarii sub discessum ex hac provincia miserunt epressum nuntium ad Cartusiam, qui ferret cartas domorum visitatarum ut consulenter Reverendum Patrem Patrem super absolutione Patris Herculis, Prioris nostri et visitatoris. Visum est enim ipsius negotium magis arduum ac clavum de manu Herculis eripere maioris debere esse facultatis et ne quid temere agerent.

Fr. Judocus conversus missus fuit labente hoc anno ad Picardiam ad dictos commissarios pro negotio alterius conversi quem volebat hic retinere nec tunc obtinuit quamvis aliquot Religiosi supscrisissent sed remissus est ad domum Capellæ.

Domnus Serval

Cum ratione induciarum liber esset commeatus ad utrasque Partes cæperunt Hollandi suam hæresim non segnius in nostris Provin cijs, quam nostri orthodoxam fidem in illorum promovere quare tam Archiducis nostri quam ordines confæderati diversas sancerunt constitutiones quibus cavebant suæ quique Religioni.

Circa hæc tempora Princeps de Condè propter pulchritudinem uxorius quæ incurrit indignationem Regis Franciæ Henrici 4, quam ut declinaret profugit ad Sermos Archiduces Brabantiaæ, à quibus tempus suscepitus et regaliter tractatus est, quamvis Rex maximos tunc temporis exercitus sub vexellis haberet, propter institiam tamen iram eius non sunt veriti, quæ erat plusquam Leonis neque enim ex declinatione et absentia eorum mitigata est sed etiam in exterris terris persequutus est missis nobilibus in hanc civitatem, qui Principum Condeum per insidias è medio tollerent, verum Archidux certur reddibus francois ad palatum Principis Auriari soror ? bi degebat per questiones advenisse misit milites corporis sui custodes et cives a arma vocavit qui rem totam dissipaverunt Princeps quoque Auriacus Bredam se conferens cum familia sua eisdem in itinere circumdatus fuit existimantibus Principem de Condè esse in comitatu cumque in dies Regis ira effervesceret magis Archiduces consilium inierunt ad declinandas insidias ut eum clavi mitterent Mediolanum uxorem penes se retinerem in aula quam et hispanico habitum induerunt Deus quidem propter iustitiæ zelum inexsperto modo suas Celsitudinem ad omnibus periculis liberatvit, veru sed Princeps condens magnam ingratitudinem reddidit domui Austriacæ quæ eius caussam ferè in discrimen venerat.

Bayerlirk hoc anno producit nobis in medium Eremitam, ut cognoscat posteritas hac ævo nequiore Paulos Antenios vel Hilariones non defuisse

+

In agro, inquit, Lutetiano Eremus est loci natura, asperitate situque non Absimilis illis quas Agyptus habuisse aliquando perhibetur. In hanc se Joannes indigena vix dum adultuss abdiderat, duedequadraginta annos limea non egressus ac nullus hominum consortis immixtus, nisi quod furente bello civili invitus ad Carthusianos aliquantum lum secesserat, et à proximè Surenei pagi curato salutari illo pane, et à vicinia cibarijs indices singulos refectus tandem hoc anno et Eremi et corporis ergastulo relicto ad supernæ libertatis delicias evolavit, quas merite toties concenderat verè et Christianè Ethnieus Ethnicus Tragœdus : Non alia magis est libera ut viteo carens, Ritusque melius, vita quæ prscos colat, Quam quæ relictis manibus silvam amat.

Joannes Housset Anachoreta in Monnte Valerio habitum Eremiticum et album adolescens suscepit in Cartusia Pari-sensi ibique sicut ut in Monte Sante inter pauperes Standonicos tempore belli aliquan-dium habitavit, et post 46 an-nos Eremi incolatus ad superos evolavit hoc anno 1609 Sepultus 5 Augusti de eo Antii. Paerisienses, et D. Boterays in pœniate qua Lutetia nuncupato laudat viventem in fallorrs :Imminet ætherio prope

Qualis erat nigro qui pastus ab alite Paulus Hirsutæque huius tunicæ, qui Antonius hæres fortunate senex, qui summa à rupe iacentes Despicis Urbis opes, et verè desprias, urbs estt Magna tibi, mons exiguis, provincia et ingens Scrupea in horrenti defessa ergastula sexo

*L'Ermitage du Mont
Valerian aupres
Suresne*

vertice Valerius Mos Inclus spelunca senis,
qui limen Eremi Sex prope ag hinc lustris non
exist, ille vetustas Ægypti Patres Syriæque
horrentis adæquat

110

Circa principium anni 1610 fuerunt postæ duæ fenestræ in magno claustro
munificentia senatusque ? ? ? ? ? anti cellam eirum ? ? ? ? ? ædificatam
procurante P. Hec. Priore, aliae non nisi die post circe principium ? ? ? ? ? D.
Gisb. subsequuta sunt.

Quamvis Venerabilis P. satis probabiliter sciret se brevi absolventum ab officio
prioratus, non propterea abdicant desiderium promoventi hanc domum. In
mandatis mihi dederat ab uno circiter anno scribendi ad quemdam ? ? ?nem
Luxemburgensem Joannem Alimetrelere patrem uterum Dni Bisnfeld
senatoris eiusdem oppidi, qui amplas possidebat hæreditates et votum fecerat
intrandi nostrum ordinem vel societate Jesu. In a sesquianno fuerat receptus ad
osculum sed non comparaveat ad præstitutum sibi diem, quod grave nostri
accidit, qui ardentius P. Herculem expetierat quemque noverant non nisi
receptioni invenum domum Lovaniensem promoverse, quibus ut
omtemperarem Commoneseci invenem voti sui per litteras et tertificani nos
paratos esse eum adhuc recipere si ? ? ? ? teretur

Post ingressum ? ? ries statim alter novitius Albertus Pollere Buscoducensis
discessit qui iam fere annum prelacionis expleraverat

Reversus nuntius ex Cartusia detulit Epistolas P. P. Commissariorum ad Patrem D. Joannem Emmechovium Priorem ds Lovaniensis per quas absolvebatur a Priorata dictæ domus, et constituetur hic Prior et Visitator Provinciae. Igitur disposita cito domo sua attulit nobis chartam visitationis præteritæ, quam prius communicavit in priorato Patri Hercule sequenti vero die qui incidebat in feriam quartam Cinerum lecta est in conventu, per quam D. Hercules Winckelius absolvebatur à Prioratu huius domus, et dabatur ei optio secundum statuta hic remanendi vel aliam quamcumque domum in Provincia eligendi. Petierat à Priore Diestensi dubius de sua fortuna locum in domo sua, qui ei non locum signanter sed Prioratum obtulisse de se dixit, recepit tamen. In ea charta servata erat forma iuris et indicii : allegabant commissarij causas ob quos indicabant pro pace domus et Provinciae eum absolvendum esse ; honestiori quidem praetextu potuisset id fieri nam senectus cui accedebant infirmitates et molestiæ corporis suadebant quietem prædicto Patri si eam ex animo petuisset. Lector igitur charta postquam installassemur P. Emmechovius eet promitistemus ei obedientiam, aprovit humiliter sibi non omnes dotes et civitates adesse, ita ut in ipso aliquod desiderari non posset sed protestatus est se non etiam ambiisse Prioratum huius ds præscidisse quidem atque ideo quantum in ipso fuisse se excusarse a suscitione huius Prioratus maxime quod iam a paucō tempore duas mutasset domus. Cum autem essemus recessuri ad cellas nostram P. Wences., hospes honorabilis senex suffissit conventui ut accederet P. Herculem Priore absolutum, atque peteret sibi ignosci si in quo eum offendisset. Quod cum fecissemus dixit se iam isti compotem esse, aliud enim Deum non rogasse in huius tribulationis expectatione quam quod faceret ei signum in bonum quem illum adinvasset et consolatus fuisse. Se quidem posse petere meli ? a testimonia de probitate vitæ suæ ab amplissimo magistratu huius civitatis quam a nobis acceperat, ea tamen negligere ne ordinem turbasse viveretur, sibi in posterum iucundius fore cum Deo et sanctis eius conversari, quam cum hominibus Aliis recendentitus dum quidem ex nstris remansisset, et flexis genibus petiisset ab eo veniam, dixit quidem se libenter ignoscere cum tamen tenere ad restitutionem

1610

sedebat ad ignem quando aderamus et surrexit semel ut videret qui nam adesset. Summo mane post celebratam missam quosdam sibi amicitiores adierat significans se accepisse suam obedientiam etrecedere. Atque ideo valedicere eique benedictionem suam benigne elargitus est..

Eodemque die convasata, quam habebat in cella sua supellecta discessit amplius non reversurus nemine amicorum salutato, nisi quod xemium aliquod miserit sorori suæ moniali apud Clarissas divites significans se Dei et superiorum voluntati acquiescere. Novus prior satis ægre ferebat tanta secum ferre noluit tamen propterea eum turbare aut afflire afflictionem addere sed in mandatis dedit priori Diestensi omnia describeret quæ prædictus Pater secum tulerat ; atque in omnino Capitulo renovatum est statutum de expensis et viaticis hospitum. Nihil umquam inde recepimus quid foram si plures fuissent libri remittendie arnt.

Hactenus de V(enerabi)li Patre Hercule, felix futurus atque in pace dies suos forte competurus si in domo Lovaniensi mansisset, ubi magnam laudem et auctoritatem acquisiverat propter plures ibi novitos susceptos quo in pace atque observantia religiosa bene direxerat atque plures in alijs dominibus promoverat ; sed cum domo pariter fortunam mutavit. Vidisti lector quam infeliciter cum novitiis actum fuerit, et quos foverat et instruxerat contra præcedentem Priorem sibi postea contrarium inv enit. Notent hoc Piores ne domos sibi assignatas mutare velint.

Discimus enim ex sacra scriptura quod Isaac quia Deo iubente mansit in Geracis, hinc ibi a Deo lucupletatus est : ita ubicumque quis manserit Dei voluntate et iussu, ibi a Deo benedicetur et prosperabitur.

Novus Prior post paucos dies recepit ad osculum prædictum Joannem Luxemburgensem, atque illi prudenter obiecit primam sed cum uno converso fr. Paulo visitavit domus huius provinciæ in quibus audivit quærelas Religiosorum absolutionem P. Herculis imputantes inquietudini quorundam nostrorum. Accepit autem habitum religiosum de manu P. Vicari D. L'Apostole in absentia P. Emmechovi Prioris, qui pro negotijs Provinciæ inerat in Hollandiam, non sine divina providentia ne tam in auspice suam Præsidentiam inchoaret quæ alioquin fœlix futura erat utpote ex obedientia suscepta. Celebrabamus isto die fstum fr. Joseph quod incidebat in feriam sextam et nihilominus spatiamentum in istum diem dilatum erat, et magna erat lætitia inter religiosos et amicos ac notos ipsius quos plurimos Dns Bnsfelt frater novitii uterinus invitaverat, quæ cito in iustitiam vestenda erat et amici non ? ? ?tes stabilitatis sed inconstantiae futuri.

1610

Hac unicum commodum inde hausimus quod dno Visscher tunc questor Generalis ducatus Luxemburgensis inierit in hac domo notitiam, qui in ea postmodum filium meliori fortuna collocavit. Dno Priori paulo post reverso d. Binsfelt ex parte Honit(?), multa promittebat, sed ea ad aures suus admittere non digna batu, prudenter respondere non ea conditione non eius fratrem suscipisse, sed si perseverat tenet ultrò quidquidvebet, ita ut dnu Binsfeltsommopore péniteret iam multa promisisse qui multo plura libentor postea addidisset si sic potuisset efficere ut iubenti aio in statu suscepto frater permansisset quod reliquum fuit 40ma totum ferè impendit V(enerabil(is) Prior in negotijs Provinciae cum huius non tantum sed omnium domorum cura illi esset commissa. P. Vicarius visitavit quidem Monachos pro inquisitione proprietatis, Ipse per P. Prior non emisit Dominica Palmarum pulchris exemplator sententiis ex sacra scriptura petitis nos à tali vitio ietterre.

Recepitus circa idem tempus ad petitionem P. Vicarij et f(rat)ris Judoci dispensatoris Andream Van Meren ex honesta admodum familia hinc Bruxellis pregnatum qui totus erat adhuc imberbis nec ad instam pervenerat staturam.

Post Paschalia festa cum tota Patria versaretur in ttimore Regis Franciæ, qui tres potentissimos exercitus habebat sub signis, ex partib. Artesiae divertit ad nos quidam sacerdos non satis sanæ mentis, qui propterea à Societate electus dicebatur. Hic iecebat se à Deo missum ad principem n(ost)rum, ut ultro se traderet Regi Franciæ, addebatque signum Sermam Infantem sine concubitu viri concepturam, quæ res satis arquebat cum stultitire, conabatur tamen eam nobis plausibilem facere et loco illo Apli ad Galatas 4 et ex cap. 54 Isaiæ Lætare stenlis quæ non pacis, erumpe et clama quæ non parturis, quia multi filii desceta magis quam eius quæ habet virum, Nec Theologos negare posse id fieri nobis persuadere volebat. Effutiebat aliue multa frivola, inter alia P. Vicarium iturum sibi revelasse profitebatur potuit bene aliquid conierisse in genere quod alter in se peculiariter agnovit, sicut non decret illa litteratura proinde—sie nec sententiæ ex sua scriptura, quibus sua dicta confirmare nitebatur. Nec contentus ea dicere in Monasterio, de factoribat ad aulam, et ad aures Principis locutum fuisse dicebat, sed à Pedissequis et famulis Helicorum tanquam delirus subs ?mabatur, ad quod aierat : Hic stullus vobis mirabilia (imo inania) ostendet. Adibat etiam P. Gratianum Carmelitam olim Consessarium B. Matris Teresie, qui utamen monuit hoiem, ut à celebratione missæ essaret donec ipsius prophetiæ completerentur, mirabile quid in iste hoie notavi ante aliquot annos ddum novitiandus ei celebranti in sacello anteriori inservirem adeò profusas lachrymas ex oculis eius prefluxisse

1610

ut suppedaneum altaris irrigarent, quam lachrymarum copiam P. Gisbertus tunc Prior mirabatur, neque nisi ea contritione et compunctione cordis procedere posse redebat, volebat n(ost)ros similiter docere modum lachrymarus. Dum f(rate)r Judocus Dispensator diceret ei, ut alibi sibi prodiceret iam illi unius noctis atque alterius hospitium concessum fuisse, nec pisce ulterius concedere nec etiam esse consultum, lapidè ei respondit nos esse discipulos similes Nicodemoeccditos videbiset propter metum externorum, posteà aliquamdiu in ædibus comitis de Bucqouy passus fuyit, verum cum sua deliriaeffutire non cessaret missus est in carcerem apud Alexianos procurante Decano huius civitates mansitque aliquandiu ibi donec nuntiata fuit mors Regis Franciæ quem falso prædixerat has Provincias subingaturam atque imperatum est ei ut ante solis occasum civitate cæderet neque ad eam in pppperpetuum rediret contulit se posteà ad partes Leodienses et Cartusianos pariter invisit, quem satis adverterunt non habere solidam virtutem. Hæc retuli, ut simus prudentes et cantè ambulemus ad eos qui foris sunt, ne tales prophetæ qui veniunt ad nos in pellibus ovinis abutantur nostra simplicitate.

Henricus 4 Galliæ Rex numeroso exercitu ut diximus, instructus cunctus orbis Christiani principios suspenso animo tenebat, quo tandem ea belli moles se verteret. Ut autem Regina absente se maiore potiatur auctoritate eam solemini sestinate ad S. Dyonisij fanum deductam maiorum more coronari iubet Maij 13 susequenti verò Die post meridiem inter 3 et 4 horas armamentum suum visendi caussa essedo delatus apud Innocentium cæmiteriam à quodam Francisco Ravaillaico Engolismensi geminato cultu Verberx ictus done momento lingue usum amisit, et vitam cum morte ?mutavit sic sic Deus reprobat consilia Principum, terribilis qui aufert spiritum Principum, terribilis apud Reges terræ quasi diceretPsaltes quasi deceret in hoc verè ostenditur terribilis Deus quod potentissimos Reges ad nutum in momento interimere possit. Nolite igitur considere in Principibus in quibus non est salus, quomodo potest saluare alios, qui se ipsum saluare non potest, nam velit nolit etiam in area munitissima constitutus et exercitu amato vellatus etiamsi orbis terrarum Monacha veret exibit spiritus cius ex corpore, et corpus spiritu recedente in terum unde sumptum est revertetur, et tunc peribant omnes cogitationes eorum

1610

Postridie neris Regni administratis Reginæ filij minorenus nomine dutur. Ravallacus multis ducisque questionibus et cruciatibus pressus et de ferijs interrogatus, neminem præter se sceleris patrati accusat 16 Maij cæsæ Majestatis reus damnatus equisque admissis in partes destritus Corpus et cadaver Regium Calendis Julij in S. Dionysio defertur cui succedit filius Ludovicus XIII annos natus novem.

Patre Dissoluti sunt exercituis eam in Dubiam expeditionem parati non tunc sanguine sed lachrimis et Patria hæc magno timore liberata est taviemque ?ulcedine pacis frui limit.

24 Martij ex hac vita decessit plenus dierum et bonorum operum V(enerabi)lis Pater D. Joannes de L'escluse professus et Prior domus Valencennarum quæ per Hæreticos in suburbio destruta novam restauravit intra corbis poeria spatio annorum viginti miranda cum patientia, multiplicisque corporis et animi labore, cuius rei et gratitudinis gratia fuit sepultus in sacello S. P. N. Brunonis intra ambitum eiusdem domus cum hac Epitaphio

DEO OPTIMO MAXIMO

Sacrum

Domno Jeanni De Lescluse

monimentum

Siste parumper hospes, illu te

hoc Saxum monet

Clusius hoc tegitur, huius conditor Cartusiæ, postquam hæreticorum dira rabies, illam quæ in Urbis pomario florens conspiciebatur, solo æquasset : inntra eius mænia hanc cooëmptam aream sumptus parsimoniam suppeditante funditus excitavit.

Annis

LVIII solitudinem, silentium carnisque privium perpetuum E Di(vi)ni Brunonis normam professus religiosissimè coluit

E quibus

LIII fratribus, monendo præfuit, exemplo profuit ;

In illos lenis, in se rigidus.

XXXIII Galliæ Belgicæ sacros greges alternantibus annis lustravit denique cum tantæ in eo virtutum immò sanctitatis fulgerent notæ universis pene Patrum votis summus Minister expetitur. Verum à Majoris Cartusiæ Moderatore Assessor nuncupatur.

Tandem octogenario major, senectam et pietatis operibus gravatus inter suorum suspiria, et lachrýmas animam ibens Deo Creatori efflavit die 21 mense martio, Anno 1610

Obiit et circa hunc annum D. Renatus Hensæus professus ds Maioris Cartusiæ Prior domus Brunæ et Provinciæ Alemaniæ superioris Convisitator. Hic ex ducatu Julio oriundus pago nimirum Scherpenseel Anno dni 1587 Coloniæ Agripinnæ ad D. Panthaleonem Benedictinom amplexus institutum cum aliquandia illic collararij ac Prioris officium laudabiliter administrasset ad maiorem Cartusiam circa annum 1598, è contulit scripsit Tyrocinium militiæ farcæ ac Religiosæ approbatum ab Ep(iscop)o Olomucensi D. Francisco Diedricstein Cardinali S. Sylvestri et alia quae iniuria belli porierunt.

Obiit et D. Antonius De Sea professus et alias Prior domus de Aniago et nuper electus in Ep(iscop)um Funchallensem in regno Luditaniæ, hic ut supra notavi fuit expetitus à Dno Chal ? ? ? Cubitulario Regis Hispaniarum pro suis concessionibus audiendis et promittebat gratis illum sustentare Madridi pro qua re obtinnerat Brene Apriam, in eius gratiam scripsit etiam D. Baltazar de Zuniga, et Dns Petrus De Leon hic Prior ad Rdum Patriam et institueret illum Procuratorem Generalem in Aula Regis Catholici

Obiit et Gerardus Jacobus Novitius Car(tusi)æ hic erat ni fallor Lotharingus de civitate vicina ducami Luxemburgensi de Stenay qui legavit bona sua aut multa ex eis maiorti Car(tusi)æ pro quibus lites gestæ fuerunt sed nostri prænatem obierunt Monachi 55 ; Conversi 28. Moniales 2. Donati 7. personæ 92 Venerabilis et nobili. D ? ? Gregorius Mendiscabal Canonicus Ecclesiæ Xericiensis singularis amicus et benefactor ds de Xericcio, qui obiit 7 Novembris anni præterito.

Egregius vir Didacus à Villa Nova ds de Aniago singularis benefactor.

Ordinatio Provinciæ ex qua liquet quanta per P.P.
Commissarios facta fuerit mutatio.

D. Robertum Van Bel prof(essu)m et vicarium d^s Capellæ in Rectorem eiusdem domus a Patribus Commissarijs institutum præficimus in

Priorem Et D. Adrianum Van Dorpen in Vicarium , et D. Augustinum Van Doorme in Procuratorem eiusdem d^s institutos confirmamus.

Priori d^s Monachorum Brugis non fit misericordia et D. Joannem Marensem professum domus Leodij in Vicarium, et D. Guidonem in Procuratorem à Patribus Commissarijs institutos confirmamus. Et dns Ancelinus prof(essu)s d^s Leodij revertatur

D. Robertus Prior post paucos annos non invitus fuit absolutus

D. Adrianus iam pridem Prior perseveravit usque ad mortem vicarius
d. Augustinus Procurator post aliquot annos absolutus fuit.
D. Joannes Maresmes ibidem post multos annos obiit sacrista, sicut et D. Guido vicarius

ad domum suæ professionis.

D. Levinum Jagere professum d^s Gandavi in Rectorem d^s Silvæ S. Martini à Patribus Comissarijs institutum in Priorem præficimus et D. Cornelium La Rousse professum domus Monachorum Brugis in Vicarium similiter à dictis Commissarijs institutum confirmamus. Et D. Petrus

Lamberti professus domus Lovanij ibidem Procurator revertatur ad domum suæ professionis. Et D. Ægidium (Blitterswÿck) professum d^s Bruxellæ in Procuratorem eiusdem d^s Sylvæ S. Martini præficimus de quo infra.

D. Levinus adversitatibus superior domum personis et ædificijs auxit

D. P. Lamberti dum ægie sen se amotum a domu Brugense et quod tenebat officium amittit, fuit adhuc ad Procuratoris officium promotus

1610

Administrationem d^s Campensis et aliarum domorum destructarum commitimus Patribus Visitatoribus vel alijs per illos deputandis.

Priori domus Diestensis non fit misericordia. Et Joannem de Steelant professum domus Lovanij in vicarium, et D. Petrum Eikermans in Procuratorem à Patribus Commissarijs institutis confirmamus. Et P. Steelant satis diu permansit in dicto officio vicarij et D. Eikermans adhuc de officio procuratoris functus fuerat.

Priori d^s Gandavi non fit misericordia. Et D. Jacobum Dionysium in vicarium et D. Laurentium Serjants professum d^s Lovanij à Patribus Commissarijs in Procuratorem institutos confirmamus. Et D. Jacobus hoc anno post obitum P. Haventij electus fuit in Priorem. Et D. Serjants decem et amplius annis dictum officium Procuratoris exercuit, postea ad prioratum d^s Diestensis promotus fuit.

D. Joannem Brial maioris Car(tusi)æ professum in Rectorem ds Leodij à Patribus Commissarijs institutum in Priorem præficiimus. Decennium quidem præfuit in temporalibus satis laudabiliter, et plurimos novitios ex indigenis recepit; contradictionem tunc etr inquietudinem subditorum sustinuit et satis pudibunde ab officio absolutus cum iam domum deservisset et D. Henricus Orto ibidem vicarius vadat ad domum S. Sophiae Buscumducis ibidemque exerceat officium vicarij. Hinc post 4 annos ad nos venit. Et D. Everardus eiusdem professus vadat ad domum Coloniæ (ex qua evocaverunt eum Patres Commissarij sed Colonienses eum recipere se excusarunt quare domi remansit.)

Domui Traiecti provideannt visitatores de Pastore authoritate nostra (sed nihil factum est cum nisi duo vel tres superessent sub potestate hæreticorum) D. Joannem d'Emmechoven professum domus Lovanij à Patribus Commissarijs authoritate Reverendi Patris in Priorem domus Bruxellæ institutum ac proptereà ab officio Prioris dictæ domus Lovanij absolutum confirmamus. (præfuit laudabiliter 4 annis donec translatus est Buscoducum) Et D. Joannes à Blitterswyck prof(essu)s ibidem exerceat officium sacristæ, in quo iam plusquam 20 annis perseverat.

D. Joannem Taperum professum domus Leodij in Priorem domus S. Sophiae à Patribus Commissarijs institutum confirmamus (perseveravit usque dum transferretur Brugas). Et D. Joannem Nanningium professum domus Leodij similiter à PP. Commissarijs in Procuratorem institutum confirmamus (diversa in pluribus domibus exercuit officia, sicut et alij professi eiusdem domus linguæ Flandricæ gnari vel Flandri. Nunc autem continentur domi quod communem linguam ignorant.

D. Godefrido de Halmael Rectori ds Lovanij ad suam magnam

et anno revoluto ad domum professionis redijt ibique mansit usque in diem mortis suæ

instantiam fit misericordia. Erat vir planè Religiosus modestus
pius in cœremonijs ord(in)is benè versatus, sobrius, in
exsercitijs cællæ scribendo maximè penè detritus quem P.
Sercval amabat promovere ad altiora officia, nam adhuc altera
visitatione Anni 1601 P. Tribulo renitente instituerat hunc
Rectorem ds Lyræ existentem promovere volebat ad Prioratum,
et nuperrime præfecerat domui Lovaniensi ut qui imperitia
ipsius in temporalibus tantopere allegabatur volebat,

et rogabat P. Emmechovium ut bonorum domus curam in se susciperet gauderet-que titulo rectoris quod non est novum in ordine, nam aiebat se quandoque duas domos administrasse atque in chronicis domus Capellæ legimus quod domus Sylvæ S. Martini, quamvis proprium haberet Priorem regebatur tamen per Piores aliarum domorum, nam Prior Gandavi et Prior Capellæ fuerunt rectores dictæ domus circa annum M.CCCLXXVII. Et hoc ideo fiebat quia domus Sylvæ ex malo regimine devenerat ad tantam paupertatem quod plus debebat in pensionibus vitalibus quam valebant annui redditus. Recusavit tunc P. Emmechovius tantum onus subire, proposuit Reverendo et Diffinitoribus D. Joannem Baptistam professum dictæ domus qui adhunc in domo Lyrana Anno 1601 succederat P. Godefrido Halmael, et nuper absolutus à Prioratu ds Brugensis domum redierat, qui institutus fuit Prior d^s Lovaniensis. Doleo vices Lovaniensium, quibus non licuit habere quem elegerant Priorem aut quem ex suis vellent. Hic rexit domum quinque circiter annis non malè in temporalibus nec absque querela suorum, ad propiare instantiam redditus est ??? sua sequitur in carta Et eundem Rectorem absolutum in vicarium dictæ domus præficiimus in quo perseveravit donec licuit per infirmitates.

Et D. Joannes d'Anthinne prof(essu)s eiusdem d^s et virarius institutus per P. P. commissarios vadat ad domum Leodij ibidem exerceat officium vicarij nam Huensis erat ignarus linguæ flandricæ, et adhuc satis invenis quare nec diu perseveravit ibidem sed exercens se in statutis, et cum esset bonæ vitæ ad idem officium promuerit in alijs multis domi. promoveri.

Et D. Theodoricus à Fine eiusdem domus professus et sacrista vadat at domum Bruxellæ. Priori d^s Schenæ Anglorum non fit m(isericord)ia.

Vicario domus Monialium Brugis non fit misericordia. Priorissæ eiusdem non fit misericordia. Et D. Melchiorem professum domus Lovanij à Patribus Commissarijs in Procuratorem institutum confirmamus, quod officium proficie exercuit illioque Ecclesiam ædificavit, et in eodem usque ad mortem perseveravit quamvis fuisse electus in Priorem domus Capellæ, sic bonus hic finis coronat opus visitationis extraordinariae et universalis Provinciae Ordinationes et animadversiones pro observantia statutorum in singulis domibus dictæ Provinciæ per Patres Commissarios in actu visitationis factas confirmamus. Addentes ut serventur ordinatione Cap(itu)li Generalis super observantia § 5. 2æ partis statutorum cap. 21 de Hospitum Viaticis et expensis.

V(enerabi)lis Pater Emmechovius abdicavit se officio visitatoris quod ei imposuerant Patres Commissarij dum creassent eum Priorem huius domus, Patribus Diffinitoribus exponem in Cap(itu)lo se meliorem partem vitæ exegisse in malitia propterea se tanto oneri imparem esse, curavitque illud Patri Havensio professo Lovanij Priori autem d^s Gandensis S. Th. Doctori illud demandari vicariam ei operam navare contentus.

1610
Ordinationes

Mandatum Smi D. N. Pauli Papæ V per tras Illustrissimi ac Rmi G. R. E. Cardinalis Farnesis Protectoris nostri nobis insinuatum de habenda lectione sacræ scripturæ in homibus insignioribus Odinis nostri qua decet atrimi demissionem et renorentia suscipientes, Eique ut debemus et semper assuevimus humilliniè obtemperantes præpimus omnibus et singulis Prioribus distarum domorum ut indictam lectionem fieri current in suis præfatis domibus iuxta dispositionem et formam à Reverendo Patre præscribendam et super annum aquantocius miyyendzam visitatoribus Provinciarum cum moderationibus eiusdem SSmi D. Nostri præcedentium ordinationem quæ sequuntur.

Fr. Bruno humilis Prior Cartusiæ totiusque ordinis Cartusiani
Minister Generalis etc.

In sequentes decretum Capituli Generalis nuper habitu mittimus vobis moderatiunes ordinationum Anno 1607 ad vos tyransmissarum factus à sua sanctitate vivæ vocis oraculo prout nobis significavit Illustrimus Princeps Cardinalis Farnezius præfati ordinis Protector meritissimus litteris ad nos missis 7 die Martij 1609 quarum quidem moderationum tenor in hunc qui sequitur modum fuit ex præfatis litterisæriose et exscriptis.

1

De fidei Catholicæ professione per Piores emittenda : cum hactenus per superiores aliorum ordinum id non fuerit observatum, annuit S. D. N. ut Cartusiani Piores in futurum ad eam non cogantur, quosque in alijs Religionibus eadem fidei professio præstetur.

2

De lectione sacræ scripturæ sanctitas sua voluit ut in proximo Capitulo Generali ferio agatur de modo forma, et tempore, et monasterijs in quibus haberi possit, quo et Tridentini Concilij præceptum non prætermittatur omnino, et Ordinis Cartusiani institutum servitur

3

De infirmorum cura nihil decernendum esse sed executioni demandanda quæcumque ordinis Constitutionibus præscribuntur prout litteris nostris iam significavimus.

4

De carceratorum verò provisione in spiritualibus et temporalibus si adsit in singulis domibus Monachus vel Conversus cui ex Ordinis Statutis hoc incumbat opus esse alterius deputatione

5

De litibus non inchoandis ac ædificijs novis non extruendis : satis esse si ordinis statuta serventur unde in Capitulo Generali bedum renovanda sunt sed pœnis appositis usque ad privationem officiorum contra quoscumque incuria vel negligentia debite executioni non demandanttes agendum deret.

f° 117v

1610

In vigilia Assumptionis B. Mariæ communem omnibus mortis viam ingreditur æternæ vitæ...

V. P. D. Arnoldus Havensius professus domus Lovani, Prior Gandavi et Visitator Porvinciæ.

f° 118v

1610

Cartusiani Gandenses in locum ipsius (Havens †) electione facta surrogarunt D. Jacobum Denijs vicarium et professum eiusdem domus, virum magni ingenii et doctrinæ (qui 12 annis visitatoris munus obivit), Deo gratias agentes sibi P. Arnoldum pro aliquo tempore concessum donec hic comprofessus maturus et aptus ad sibi præsidendum evasisse.

f° 120

f° 120v

f° 121

D. J. A. tempore officii sui multum laboris impendit in corrigendis libris secundum vulgatam bibiorum editionem correctam a Pont. Romanis et receptam a ordine, et in aliis rubricis notandis... libros asceticos libenter legebat...

1610

Priori domus Bruxellæ non fit misericordia et D. Joannes Broeyere Procurator absolutus ibidem exerceat officium vicarii.

1610

Et D. Joannes l'Apostole ab fficio vicarii absolutus vadat hospitatum ad domum Gandavi.

1610

Et fr. Jacobus (qui erat in domo Capellæ) sub spe melioris emendationis revertatur ad domum Bruxellensem suæ professionis (sors cecideat super hanc domum).

1610

D. Ægidius Blitterswyck Procurator d^s Sylvæ S. Martini revertatur ad domum Bruxellæ suæ professionis, ibique exerceat idem officium Procuratoris.

1610

et fr. Paulus ibidem conversus vadat ad domum Diestensem.

1610

Et D. Egidium (Blitterswyck) professum d^s Bruxellæ in Procuratorem eiusdem domus Sylvæ S. Martini preficimus.

f° 121^v

... officium procuratoris exercuit 24 annis c., ... simplex et taciturnus lectioni deditus, unde plurimos libros tempore officii coëmit.

a. 1611:

...simplex et taciturnus, lectioni deditus unde plurimos libros tempore officii coemitt.

f° 122^v

Caveneer... fuit vir probus... magna illi semper inerat cura et libros in desolatione domus servavit... »

f° 123^V :

1611

... Rev. Pater Antonius van Winghen Abbas Lætiensis... dedit nobis librum de Vitis Patrum sibi a Rosweyde dedicatum, vicissim retulit... opera D. Brunonis.

f° 123^V :

In festo S. Lucæ ego fr. Petrus de Wal indignus sacerdos primum sacrificium Deo obtuli, ac a matre procuravi thuribulum argeteum cum navi et cocleari quod simul consistit centum viginti florensis. De cetero omnino neglectus fui, cum distarem procul ab amicis et parentibus.

f 125^v

Cum esset generoso animo voluit aliquit conferre domui, ... Emit autem egregia volumina in folio cooperta nigro coreo et aliquantulum deaurata et tibi similia, ex quibus sunt omnia opera D. Hieronymi, D. Chrystomi et opera D. Thomæ Aq. et Ambrosii, ...

f° 135

... sacrista hoc anno in lucem edidit Didacum stellam ordinis minorum de contemptu mundi a se translatum in linguam flandricam. Et hic primus liber fuit sive a se sive ab aliis editus in hac novo domo. Usus fuit Amanunsi D. Gerardo Eligii qui characteres melius pingebat vel aliis etiam conectoribus quia tuitia sunt semper difficilia et labor improbus omnia vincit, In hac palestra se strenue exercens expeditus evasit et plures sequentibus annis libros transtulit ac edidit prout ex subiecto elencho lector videbit...

f° 136

1628. Etiam si studium litterarum nihil conferut ordini quam utilem occupationem monachorum, esset nihilominus maxima veneratione a nobis promovendum, quia nisi meus hominis clustralis aliquo exercitio occupatur delectabili in multas et varias miserias dilabitur. Hinc quando vidit me iuvenem et pusillanimum attulit exempla Cæsarii quibus recrearer et consolarer.

f° 138

f° 141,

a.1615

Ordinationes Capituli Generalis « Quamniā ad totius ecclesiæ et ordinis bonum utile fore iudicavimus si Chronologica rerum Cartusianarum historia in lucem edatur. Ideo Capi-tulum Generale mandat omnibus prioribus et superioribus domorum, ut fundationes, privilegia, miracula et id genus insignioria et relatu digna transmittant ad Rdum Patrem per exempla fideliter recognita idque intra annum.

a.1615

Quoniam ad totius Ecclesiæ et ordinis bonum utile fore indicavimus si chronologia rerum Cartusianarum historia in lucem edatur. Ideo Capitulum Generale mandat omnibus Prioribus et Superioribus domorum, ut fundationes privilegia, miracula et id genus insignioria et relatu digna transmittant d^s R^{mum} Patrem per exempla fideliter recognita idque intra annum.

Quare D. Gerardus Eligii professus hs domus ad iursum P. Prioris scripsit Commentarium fundationis hs domus. Et dicebatur R^{dem} Patrem non inventurum qui elegantius scribebat. Et hoc opus illius primum unde cognovimus ipsius ingenium et doctrinam quæ sub pollio humilitatis et simplicitatis latebat.

Quare autem prædicta historia in lucem non prodeat non est mihi omnino compertum nisi quod audiverim instrumenta quæ missa fuerunt non fuisse satis authentica: Et quid mirum cum Ordo numquam iniunxerit ut ista monumentis traderentur, imo pro magna perfectione et humilitate quidam talia comtempserunt: Immo ipsi Annales Ecclesiastici ex apographis plerumque desumpti sunt: et commune est proverbium de historia fides penes auctorem sit

f° 142^v

16 Novembris dicensit hinc Brugas confrater noster D. Gerardus Eligii non unius doctrina quam modestia prædictus ac pacificus, erat tunc infirmarius ut esset (quamvis invenis satis) monialibus a sacris et confessionibus quia Vicarius earum iam præ senio deficiebat et oculi eius caligabant et non posset celebrare: dura illi fuit et inopinata obedientia ut a lachrymis vix se contineret, sed consolabatur se verbis prophetæ dicentis: non erravi te Pastorem sequens: sic hac æstate duorum confratrum D. Richardi et D. Gerardi solatio destituti et præsentia multas dehinc tribulationes et turbationes incurrimus (quod sine invidia sit dictum) nam ceteris doctrina, prudentia et aliis dotibus præstare videbantur et ideo ad officia evocabantur.

f° 151

f° 154

In octavis S. Brunonis obiit Elisabeth Bruloot mater D. Aegidii Blitterswijck Procuratoris n^{ri}... dedit... ecclesiæ tabulam trium regum, et aliam tabulam sepulturæ Christi, quæ diu fuit in sacello anteriori.

f° 154

a.1618: In festo S. Ursulæ et sodalium eius 21 Octobris professionem emisit D. Nicolaus Dierhout Gorcomiensis. Neglictus fuit quidem a parentibus sed alii benefactores et amici domus testes adfuerunt et sua præsentia actum cohoretaverunt. Imprimis D. Robianus et filius eius, Dns Gindertalen civis Bruxellensis et D. Maximilianus Plouvier secretarius et consiliarius Comitis Emdani qui secreto ad Ordinem asperabat ...

f° 155^v

9 Novebris M. Jacobus Coutray Apothicarius nr dedit magnam picturam crucifixionis S. Petri
quæ pendet supra portale Ecclesiæ.

a. 1606: Quidquid in posterum de domo scripturus sum fere oculatus et auritus testis adero.